gabat. Dixerũt ꝯdã alij exꝑmioribꝫ Si tu es xꝑus dic nob. Et xꝑs rñdit: vt refert Lu. Si dixero vobis non credetꝭ mihi: si interrogauero nõ rñdebitꝭ mihi neqꝫ dimittetis. Exꝫ aũt erit filiꝰ hois sedẽs a dextris ꝟtutꝭ di. q. d. qꝫ iuste iudicor. ex hoc dabit mihi ꝓtãs mũdũ iudicãdi. Et qꝫ nõ aperte dixerat se esse filiuꝫ dei: surgẽs ꝓnceps sacerdotũ motu corꝑis indicãs insaniã mẽtis ait: vt refert Mat. ⁊ mar. Adiuro te ꝑ deũ viuũ vt dicas nobis si tu es xꝑus filiꝰ dei bñdicti. Jesus aũt ⁊ si nõ teneret rñdere qꝫ supior suꝰ nõ erat. vñ ⁊ grauiter peccauit sic eũ adiurãdo: tñ ob reuerẽtiã nois dei iuocati rñdit. Tu dixisti qꝫ filiꝰ dei sum ego. Tũc ꝓnceps sacerdotũ scidit vestimẽta sua dicẽs. Blasphemauit: quid ampliꝰ egemꝰ testib⁹: ecce oẽs audistis blasphemiã: ꝙd vobis videt? Rñderũt oẽs. Reus est mortis. Et si isti pessimi erãt ⁊ falso moucbant dicẽtes ieſũ blasfemare cũ diceret se filiũ dei: si ꝙ dicebat sũmã vitatẽ. Tñ ita horrebãt dei blasphemias ꝙ nõ poterãt patienter audire: sz iudicarẽt talẽ reũ mortis: ⁊ vestimẽta sua scindebãt in signũ detestatiõis. Jn ꝙ etiã figurabat sacerdotiũ iudeoꝝ destruẽdũ. vt dr Gratian⁹. ij. q. vij. Tũc ipmiesum ꝙsputũ ⁊ colaphizatũ vinctũ duxerũt ad pylatũ. Judas aũt traditor videꝫ ieſum morti adiudicãdum pnia ductꝰ: vt refert Mat. retulit erigita argẽteos pncipibꝫ sacerdotũ ⁊ seniorib⁹ dicẽs. Peccaui tradẽs sanguinem iustũ. At illi. Quid ad nos: tu videris. q. d. Si malũ feciſti tu subeas penã. Augꝰ. Judas ꝙ penitens iuit ad phariseos reliqꝫ apl'os nihil iuenit auxilij nisi augmentũ desperatiõis. Dixerunt em̃: Quid ad nos tu videris: si peccasti tibi sit: nõ tibi succurrimꝰ nõ petã tua charitatiue suscipimꝰ: nec ꝙliter deponas onus docemus. Quid nobis ⁊ misericordie ꝙ nec opa seqmur iustitie. Jsset ad frẽs: isset ad illos ꝙ orauerũt ꝓ socru petri febricitãte: ꝙ chananeã iprobã miscõie obtulerũt. Jnterrogaret petrũ ꝓ se effundẽtem lachrymas: nõ fugisset mariã ⁊ marthã: ꝙ vitã lazaro ꝑperãt. iuit ad diuisos scz phariseos ⁊ diuisus pũt. de pe. di. vj. c. j. Et ꝓiectꝭ xxx. argẽteis in tẽplo abiẽs laqueo se suspẽdit. Et dicitur Act. j. Suspẽsus crepuit medi⁹: ⁊ diffusa sunt oia viscera ei⁹. ⁊ notũ factũ est ẏhũ ĩstud oĩb⁹ habitantib⁹ hierl'z. Hiero. de pe. di. iij. Nihil ꝓfuit iude egisse penitẽtiã ꝑ quã scel⁹ corrigẽ nõ potuit. Si em̃ frater peccat in fratrẽ: vt emẽdare valeat põt ei dimitti. Si opa pmanẽt frustra assumit pnia. Dec ille. Jtẽ Leo papa. Sceleratior o iuda oĩbus ⁊ infelicior exitisti: quẽ nõ pnia reuocauit ad deũ: sed de spatio traxit ad laqueũ ⁊c. de pe. di. iij. Principes aũt sacerdotũ sumptꝭ argẽteis dixerũt. Nõ licet mittẽ. i. remittẽ in corbonã. i. locũ oblationũ: qꝫ pciũ sanguinis est. Et ꝙsilio inito emerũt ex eis agrũ figuli in sepulturã pegrinorũ: volẽtes crudelitatẽ sceleris cooperire sub opẽ pietatis. scemptõis agri ꝓ sepultura. Sz ne lateret mũdũ scel⁹ corũ factũ est deo dispẽsante ꝙ ager ille emptꝰ vocat⁹ sit acheldemach: ꝙd latine sonat ager sanguis. Jn ꝙ facto ostẽdit euangelista Mat. ꝓphetiã hieremie ipletã: qua dr. Accepe/runt. s. ꝓncipes sacerdotũ. xxx. argẽteos pciũ appciati: id est ꝙ. xxx. argẽtei fuerũt pciũ xpi appciati: ꝙs appciauerũt. i. ꝓpcio obtulerũt ipi iudei. accepeſt aũt a filijs isrl'. i. a iuda ꝙ fuit de filijs isrl'. ponit pl'alis ꝓ singl'ari: cũ ꝓiecit eos in tẽplũ: ⁊ dederũt eos in agꝝ figuli. s. ꝓ emẽdo agro ꝓ sepultura pegrinorũ. Nec ꝓphetia ꝓ parte etiã habet Zach. xiij. c.

Quãtũ ad quintũ. s. ·Ḣ·v.

de cause ipsi⁹ corã pylato discussiõe ⁊ deciſiõe dr Job. Adduxerũt. s. ministri iudeoꝝ ieſũ ad cayphã in ptoriũ ⁊ ipi nõ intrauerũt in ptoriũ: vt nõ cõtaminarent sed mãducarẽt pascha. Exiuit ꝙ pylatus ad eos foras. Ptoriũ dr sedes ptoris. i. locus ad dandã sniaz. ⁊ est locutio obscura. qꝫ cũ dicit ꝙ iudei nõ itroierũt ĩ ptorium: videt loqui de ptorio pylati: in cui⁹ domũ quia gẽtilis erat intrare in illa solẽnitate extimabãt se cõtaminari. i. imũdos fieri. Sed quõ ꝑus dr ꝙ adduxerũt iudei xꝑm in ptoriũ ad cayphã. Hoc aũt Aug. sic cõcordat. qꝫ in domo cayphe q lata ⁊ spaciosa erat: erat ptoriũ cayphe iudicãtis de quibusdã. Et in alia pte domus erat ⁊ ptoriũ pylati iudicantis etiã in causa sanguinis. Et sic de vno ptorio. s. cayphe ductꝰ fuit ad aliud. s. pylati. Vel ꝙ cayphas dimisso ieſu in palatio suo accesſit ad domũ pylati, pali⁹ informatõe. ꝙ tñ cũ suis noluit introire in ptoriũ ei⁹ qꝫ gẽtilis: sed pylatꝰ exiuit ad eũ ⁊ socios. ⁊ demũ reũsus cayphas ad palatiũ suũ misit ieſum vinctũ ad pylatũ. Exiẽs ꝙ pylatus ad eos ait. Quã accusatiõem affertis aduersus hoiem istũ? At illi: vt refert Job. Si nõ esſz hic malefactor nõ tibi tradidissem⁹ eum. Quibꝫ pylatus. Accipite eũ vos ⁊ ꝝm legẽ vestrã iudicate eum. s. exquo nõ exꝑmitꝭ mihi maleficiũ suũ. Cui rñderũt. Nobis nõ licet interficere quẽq3. Luz em̃ essent romanis subditi nõ habebãt iudei causam sanguis: sed ꝑses quẽ mittebãt illuc romani ad regẽdũ eos. Et tũc erat pylatus potiꝰ ꝑses ꝓ romanis. Dixit ꝙ eis pylatꝰ, Quid malifecit iste? At illi explicauerũt dicẽtes ꝝm Lu. Hũc inuenimꝰ subuertentẽ gentẽ nostrã: ꝓhibentẽ tributa dari cesari: et dicentẽ se xꝑz regẽ esse. Que oia falsa erant. nõ em̃ gentẽ subuertebat querẽs sibi gentẽ cõgregare ad seditionẽ: sed cõuertebat ad saluteꝫ inducẽs hũilitatẽ ⁊ subiectionem. Nec ꝓhibuit censum vel tributũ dari cesari: sed ꝓposita sibi questiõe a ꝙbusdã sup ea re rñderat. Reddite que sunt cesaris cesari. Neqꝫ se regẽ faciebat: sz cũ voluit eũ pplus satiat⁹ ab eo ex ꝙnqꝫ panib⁹ ordeaceis ⁊ duob⁹ piscib⁹ facere regẽ: fugit: ⁊ paup cũ paupib⁹ et mitib⁹ incedebat. Pylatus ꝙ duabꝫ ꝓmis obiectiõib⁹ obmissis vt friuolas ⁊ falsas reputãs: intrãs ptoriũ qsiuit a ieſu de tertia dicẽs. Tu es rex iudeoꝝ? Cui ieſus (vt refert Job.) ait. A temetipo hoc dicis an alij tibi dixerũt de me. s. ꝙ sim rex iudeoꝝ? Ad quẽ pylatus Nunqd iude⁹ ego sum: gẽs tua ⁊ põtifices tui tradiderunt te mihi? q. d. Ego nõ sum iude⁹ vt sciã ꝙerelaz tuã: sed iudei ꝙ sciũt facta tua dederũt te in manꝰ meas: ꝙd ꝙ feciſti: ꝓpter quã causã te ita vinctũ duxerũt ad me vt reũ: tu explica. At ieſus ad eum. Regnũ meũ: vt narrat solꝰ Job. nõ est de hoc mõdo. q. d. Nõ me habeo vt rex talis: nec mihi vsurpo dignitatẽ regalẽ: vt gẽs mea ipositꝫ: sz vt paup ⁊ mẽdic⁹ ⁊ abiect⁹ incedo. Si em̃ regnũ meũ esset de hoc mõdo mĩstri vtiqꝫ mei decertarẽt vt nõ traderer iudeis. pugnarẽt em̃ ꝓ me ⁊ defenderẽt neqꝫ prevalerẽt ꝑ me. Nũc aũt regnũ meũ nõ est hinc. Regnũ em̃ spũale ẏtutũ qđ pducit ad regnũ eternũ. erat qđ nob ꝙrebãt: ⁊ ꝙ nobis ꝓferẽdo patiebat. Dñs pylatꝰ interrogauit eũ: ꝙd feciſti? pcat rñdere ieſus. Que ego feci ĩ ppl'o isto ista sũt. Eduxi ꝑiez eorũ abrã de vr chaldeoꝝ: ego ꝓtector ei⁹ ⁊ ysaac ⁊ iacob fui vbi cũqꝫ ãbulauerit ego ioseph iegyptũ ꝓmisi ad sustẽtãdũ eos tpe famis in egypto: ꝙsi dñz cõstituẽdo: ego de dura seruitute pharaonis eduxi: flagellatis multiplicitꝭ egyptijs: ⁊ demũ in mari submersis. Ego ppl'm istũ vt peculiarẽ elegi ex cũctis nationib⁹ dando eis legẽ meã. Ego. xl. ãnis mãna ꝓ desertũ cibaui. ego ĩ terrã, promisiõis adduxi: expugntis habitatoribꝫ ẽre illi⁹ ⁊c. Demũ ego ex eis carnẽ assumẽs inter eos hũiliter ꝙersat⁹ sũ

Ego oībus beneficia ꝓtuli: innumeras sanitates perficiens: cecis visum: claudis gressum: surdis auditū: lo/quelā mutis: mū dicīā leꝓrosis: vītā mortuis restitui: pcīoribꝫ donaui ī dulgētiā: mestꝫ letīciā: plurimis grāz ignorātibꝫ sapīe doctrinā. Hec sūt pylate q̄ feci: de qbꝫ pūt me accusare: si digna sūt ista. Tūc dixit ei pylatus Ergo rex es tu. s. exq̄ regnū habes etsi nō deꝫ mundo. Cui ihesus. Tu dicis. s. vitatē: qz rex sū ego. Et meritohabet eīm oē dominiū ī sup oīa: cui flectit oē genu ce/lestiū terrestriū ī infernoꝝ. Ego ī hoc natꝰ sū (subdit) ī ad hoc veni in mūdū vt testimoniū phibeā veritati: rep̄hendēdo vitia: ꝓfutādo errores. Et qz vītas odiuz parit: ideo iudei nolentes vitia eoꝝ arguī: ex odio mortē eius ꝓcurarūt. Oīmis q̄ ex veritate: id est cui placz vītas seu q̄ est ex deo p gr̄am genitus q̄ est veritas audit vocem meā: obseruando meā doctrinā verissimā. Cui pylatus. Quid est veritas? Non expectauit pylatus re sponsionē anhelans ad liberationē eius. Sciebat eīm dicit Matthe⁹ ī Marc⁹ q̄ ꝓ inuidiā tradidissent eū Exiuit ḡ ad eos pylat⁹ dicēs. Ego nullā causaz mortiz inuenio ī hoīe isto. At illi clamauerūt dicētes. Cōmo/uit vniuersū ppl'm. s. seditiones faciēs ī ꝓgregās sibi gē tes ad rebellādū: docēs a galylea vsqꝫ huc. s. in iudeaz. Pylat⁹ audiens galyleā noiare: vt refert Lucas: inter rogans ī p̄cipiens q̄ galyleus esset. i. nutritus ī cōuer satus in galylea: misit ihesuz vinctū cū accusatoribꝫ su/is ad herodē regē galylee q̄ venerat tūc hierosolymam ad solennitatē illam tanqꝫ ptinentē ad iurisditionē su am ī iudiciū vt subditū suū. Herodes aūt viso ihesu co ram eo adducto gauisus est valde: cupiebat eīm diu eū videre: eo q̄ multa audisset de eo: ī sperabat aliqđ si/gnū videre ab eo. Stabāt autē ī ꝓncipes sacerdotum ante eū: in multis accusantes eū. Interrogauit autem eū herodes de multis: q̄ ad nihil eoꝝ respondit. ī hoc qz nō causa vitatis sꝫ curiositatis illa q̄rebat. Qđ cer/nens herodes spreuit eū cū exercitu suo: ī vt insanū i/dutū veste alba linea remisit illū ad pylatū. Ex hac de latiōe honoris quā fecit pylat⁹ herodi facti sunt ami/ci adiuicē herodes ī pylat⁹: q̄ antea inimici erāt. Hec inimicitia ꝓtracta erat: qz pylat⁹ videbaꝫ ꝓturbasse iu risditionē herodis: ex eo q̄ occidit quēdā iudā galyleū q̄ multos secū adunauerat q̄si ꝓncipē se faciens popu/li iudeoꝝ: dū in mōte q̄dā sacrificijs insisterēt. Remis so igit̄ ihesu ad pylatuz: dixit pylatus. Obtulistis mihi hunc hoīez q̄si subuertentē ppl'm: ī ecce coram vobis in terrogās nil inuenio cause in eo: ex his in qbꝫ accusatz eū: nez herodes. nā remisit eū ad nos: ī ecce nil mor ti dignū actū est ei: emēdatū ḡ illū dimittā. At illi cla/mabant dicētes. Crucifige crucifige eū. Pylatus igit̄ existimans q̄ si faceret ihesū flagellare acriter: iudei mo ti cōpassiōe nō aliud pene vel punitiōis quererēt ꝺ eo. Appēdit ḡ pylatus ihesū ī flagellauit: vt refert Jobes Et flagellationē istā fuisse diuinā ostēdit ꝑs. dicēs in eius ꝑsona. Fui flagellat⁹ tota die. i. in magna pte diei Et Esa. liij. Disciplina pacis nr̄e sup eū: ī liuore ei⁹. s. ex pcussiōibꝫ diris sanati sum⁹. Flagellatū aūt pylat⁹ ad ducit euz foras dicēs. Ecce hō. q.d. Nōne videt vobis sufficiēter castigat⁹? At illi clamabāt. Crucifige crucifi ge eū. Et ille. Ego nullā causam mortis inuenio in eo. Est autē vobis ꝓsuetudo vt dimittā vobis vnū ex vin ctis. s. morte dignū. Nunc eīm morē introduxerant iu dei: vt sez in memoriā beneficij recepti a deo in tali so/lēnitate. s. liberatiōis ipius populi de morte ꝓmo geni toꝝ ī de seruitute egyptiaca mortifera: vn⁹ ex malefa/ctoribꝫ captz morte plecterēt⁹ liber donaret ppl'o: alij ad mortē iudicarēt: quē morē romani ꝑsides eis fuabāt Dixit ḡ eis pylat⁹. Quē vultis e duobꝫ dimitti: ihesuz q̄ dr xp̄s: an barrabā? Hic barrabas latro erat ī m Joh. ī m alios ī homicida: q̄ in seditiōe fecerat homicidiū. At ꝓncipes sacerdotū ꝓsuaserūt turbis vt peteret bar rabā. Clamauerūt ḡ oēs dicētes. Nō hunc sz barrabā. Dixit eis pylat⁹. Quid igit̄ faciā de ihesu q̄ dr xp̄s? At il li. Crucifigatur. Dixit eis pylatus. Accipite eum vos ī crucifigite: ego eīm nullā causam inuenio in eo. At illi. Nos legē habem⁹ ī ī m legē nr̄am debet mori: qa filiū dei se fecit. Videteſqꝫ q̄ pylat⁹ tēdebat ad liberationez ei⁹. Dixerūt. Si hūc dimittis nō es amic⁹ cesaris. Oīs eīm q̄ se regē facit ꝓtradicit cesari. Pylat⁹ aūt hec audi ens magis timuit: sed timore tū mūdano: ne sez incur reret indignationē cesaris si accusaret: ī dignitate il/la ꝓuaret. Iterꝫ ḡ introiuit pylat⁹ ꝓtoriū ī interroga uit ihesū. Un̄ es tu? Jesus aūt respōsū nō dedit. Cui py lat⁹. Mihi nō loq̄rz? nescis q̄a ptātē habeo crucifigere te ī dimittere te? At ihesus ait. Ptātez nō haberes i me vllā nisi tibi datū eē desup. s. deo ꝓmittēte. Propterea q̄ me tradidit tibi maiꝰ pctm̄ habet. q.d. Etsi deo per/mittēte hoc agas: nō tamē excusaris a pctō me ꝺdēnā do: cū tuipe dicas: q̄a habes potestatē dimittēdi: ī iaz ꝓfessus es publice qz nō inueniſti causam mortis: ī tū nō dimittis: peccatū tū tuū nō est ita graue cū ex infir mitate ꝓcedat sicut iudeoꝝ q̄ me tibi tradiderunt ad mortē: cū ꝓcedat ex malicia. Pylat⁹ ḡ videſ q̄a nihil ꝓficeret: sed magis tumult⁹ fiebat vocib⁹ magnis po/stulantibꝫ vt crucifigeret: dimisso eis barrabā vt postu larūt: duxit foras ihesū ī sedit ꝓ tribunali in loco q̄ di/cit lichostratos: hebraice gabatha. Erat aūt parasceue pasche hora quasi sexta. Marcus aūt dicit q̄ hora ter tia crucifixerūt eū. Quā superficialez dissonantiā Aug⁹. de pe. di. j. periculose sic resoluit: q̄a vicz xp̄s hora tertia crucifixus est: linguis scz iudeoꝝ. hoc petentibꝫ qđ scri bit Marcus: sed actualiter ī manibꝫ gentiliū hora se xta crucifixus est: put refert Jobes.

Sedente autē ꝓ tribunali pylato: misit ad eū vxor sua: teste Matthe⁰ dicēs. Nihil tibi ī iusto illi. s. cōe. q.d. vide ne feras sen tētiā ꝺ eū. Nā ī multa passa sū ista nocte ꝓp̄ eū. s. terri biles visiōes ī cōminationē. Credit q̄ qz diabolus ce pit ꝓpēdere ihesū eē redēptorē hūani generiz: vt ī te cru cis: qz sentiebat p̄es lymbi iā exultare ꝓ sua quā expe ctabant liberatiōe: ī tēptabat impedire. Et ideo in sō nis imisit visiōes vxori pylati cōminatorias maloꝝ q̄ pylato eueniren si ipm ꝺdēnaret. Ut his audit⁹ pyla tus sereꝫ haberet: sz nō valuit aliqđ efficere. Nā pylato dicēte. Ecce rex vester quasi deridendo: clamauerūt illi. Tolle tolle crucifige eū. Quib⁹ pylat⁹. Regē vestꝝ cru cifigā? At illi. Nō habem⁹ regē nisi cesarē. Pylat⁹ ḡ vt dicit Matthe⁰ accepta aqua cora ppl'o lauit manꝰ su as dicēs. Innocens ego sū a sanguine iusti hui⁹. q.d. Ego q̄z tū ē ex me nō ꝺdēno cū scies esse iustū: sz ipoz tunitas vīa me cogit ad ꝺdēnādū: vos videritz. Sz cer/teb nō excusauit eū: q̄a nūq̄z iudex ꝓp̄ q̄dcūq; maluz vl'scādalū cuiq̄dū ꝺz ī nocētē ꝺdēnare ꝺ ordinē ī fori/mā iurz vt hac̄ accidit. Clamauit āt ppl's. Sāguis ei⁹ sup nos ī sup filios nr̄os. q.d. Si tu iꝰ peccas: pena hui⁹ pcti ī vindicta veniat sup nos ī filios nr̄os. Que ipze/catio vtiq̄z accidit eis. Nā ī punitionē tāti sceleriz hieru salez capta fuit: ī in nūeriz milib⁹ hoīm mortuis: ferro: peste ī fame: q̄ remāserūt vēditi sūt ī fugi ī dispsi ꝓ orbē. Data itaq̄z sniā ꝺ ihesū vt crucifigeret: milites ꝑsidis ꝓgregauerūt circa eū vniuersam cohortez: teste Mat/thēo. Et exuētes eū vestimētis suis: clamydē coccinā

circũdederũt ei. s. rubei color⁊ quasi purpureã vestẽ. Et plectẽtes coronã de spinis imposuerunt capiti eius loco corone. Nec corona seu sertum dicit fuisse de spinis duris ⁊ oblongis que pforabant caput suum ⁊ sqz ad cerebrum: dederunt ei arundinem ĩ manu eius ⁊ percutiebant caput eius. Demũ post illas ꝓtumelias ⁊ illusiones exuta clamyde coccinea ⁊ vestimentis ꝓpriis induitus ducebat ad locũ calvarie: sociatus duobꝫ latronibꝫ ꝙdẽnatis etiã ad crucẽ ꝓ sceleribꝫ suis: implet ꝓphetia Esaie. liij. Cum iniqs deputatus est. Et baiulans sibi crucẽ fm figurã isaac q̃ ligna portauit in hũeris sup quibꝫ fuit extentus vt occideret. Et in dicto loco vt dicit Ezechiel. in quo ⁊ iesus crucifixus est ibi non filius abrae: sed aries habens caput spinis inherẽs occisus est: qr nõ filius dei patris: sed humanitas duxerec clesie spinis coronata mortua est. Et baiulans sibi crucem Theophil⁹. Hic adimplet illud Esa. Factus est ꝑncipatus sup humerꝫ ei⁹. Principatus em iesu crux est. ꝓpter quã deus exaltauit eum fm Apl'm. Et sicut in signũ dignitatis alij portãt baltheũ: alij mitrã: sic xp̃us crucẽ. Et si ingras inuenies nõ aliter in nobis regnare iesum nisi ꝑ asperitates: quo fit vt delitiosi inimici sint xp̃i. Verũ q̃a debilitat⁹ iesus flagellis et spinis ac vigilijs nocte quibꝫ fuerat afflict⁹: tarde incedebat cũ cruce: timentes iudei ne ista tarditate pylatus quẽ viderant quasi inuitũ ferre sententiã ea reuocaret ⁊ vite donaret: inuenientes in via quendã nomie Simonem cyreneũ venientẽ de villa patrẽ alexandri ⁊ ruffi: vt referunt Matthe⁹ ⁊ Marcus. Hũc angariauerũt portare crucẽ iesu vt citius ambulare posset. Portabat autẽ Simon crucẽ post iesum: q̃a fm Ambr̃. cõgruũ erat vt ꝓpius ipe crucis trophеũ erigeret. postea illud martyribꝫ traderet erigendũ. Nec iudeus est iste Simon: sed alienigena ⁊ pegrinus: q̃a cyreneus: nec ante sz post iesum portat crucẽ: gentilis em populus nõ iudaicus sequit crucem ⁊ fert eã: implens illud. Tollat crucẽ suaz ⁊ sequat me. De villa veniẽs crucẽ amplectit: cũ paganis ritibꝫ derelictis ait Beda. vestigia xp̃i sequit. Villa em̃ latine: pagos grece dicit. Vñ dicti sunt pagani. s. a pagos. Simon ĩterp̃tat obediẽs: q̃a obedit diuinis ꝑceptis. Sequebat aũt eũ multitudo magna mulierꝫ populi que ex deuotiõe ei cõpatiẽtes plangebant ⁊ lamentabant illum: iesus autẽ ꝓuersus ad eas: vt refert solus Lucas: ꝙsolatus est eas dicẽs. Filie hierusalẽ nolite flere sup me morituꝫ: q̃a sez morte cito resurrectio gl'iosa dissoluet: ⁊ ipa mea mors mortẽ ipsam ⁊ mortz aucrozẽ diabolũ destructura est inqt Beda. Sed sup vosipas flete ⁊ sup filios vestros. s. ꝓpter mala q̃ venturа sunt vobis. Quoniã ecce veniũt dies in q̃bus dicẽt. Beate steriles ⁊ ventres q̃ nõ genuerũt ⁊ vbera q̃ non lactauerũt. Qõ dicit ꝓpter obsidionẽ futurã a romanis in q̃ ad tantaz calamitatẽ famis deuenerũt vt matres aliq̃ comederẽt filios ꝓprios. Tũc incipient dicẽ mõtibꝫ videntes se in tãtis angustijs. Cadite sup nos: ⁊ collibus: cooperite nos Beda. Refert em̃ Josephꝰ romanis insistentibꝫ iudeos cateruatim petisse mõtiũ ⁊ colliũ cauernas ad euadendũ. Quia si in viridi ligno hoc faciũt: in arido q̃d fiet. i. fm Theophilũ. Si in me qui sũ lignũ viride ꝓ xp̃o tẽ facies fructũ romanibꝫ faciunt q̃d faciẽt in populo iudeorum arido ⁊ infructuoso. Vl' fm Bedã. Si ego q̃ sũ sine peccato lignũ vite appellatus sine igne passionis ꝙ hũ mũdo nõ exco: q̃d eis putas imminere tormẽti q̃ sunt fructibꝫ bonoꝫ opeꝫ vacui. Et postq̃z venerũt in locũ q̃ calvarie dicit: ibi crucifixerũt eũ. Quidã voluerũt dicere vt hebraei iõ dictũ locuz calvarie: q'ibi erat calvaria. i. caput adã ꝑmi hominis sepulti. Sed Hiero. reprobat hoc: q̃a in ebron dicit sepulchrũ ade esse. Sz Beda dicit q̃ foris portã erãt loca vbi trucabant capita dãnatoꝝ: nõ calvarie locũ illũ appellatũ. Et sic ꝓ olim salute innoti⁹ q̃si notiꝰ in nobis crucifigit: vt vbi abundauit delictum: superabundet ⁊ gr̃a. Crucifixerũt eũ. Priꝰ aũt q̃m in cruce figerẽt dederũt ei vinũ myrrhatũ. i. myrrha amarissima mixtũ. Vl' vt dicit Matthe⁹ vinũ felle mixtũ. Mos erat iudeis q̃ adhuc fuit apud xp̃ianos in multis locis vt debilitati rei cũ ducũt ad mortẽ ex horrore hui⁹ ꝓfortarent ꝓfectiõibꝫ ⁊ optimo vino: loco cui⁹ ad augmentũ pene xp̃o dederũt vinũ myrrhatũ. Exuentes aũt eũ oibus vestibꝫ vulnera renouauerũt. Nã cũ ꝓ flagella durissima totũ corꝓ⁹ ei⁹ esset dilaceratũ seu decorticatuz: vestimẽta resumpta fortiter inhesrãt carni: a q̃ nũc separãtes nõ sine magno dolore ⁊ vulneratiõe fieri potuit: vt accidit in vulneribꝫ fascijs resolutis. Modũ aũt crucifixiõis nullꝰ euãgelista exꝑlicat. Vñ potuit fieri fm alios vt cruce in terrã extẽsa sup eã affigerẽt corpus iesu manibꝫ ⁊ pedibꝫ: ⁊ postea erigerent ipam. Vel etiã q̃ ꝑ us erigẽtes crucẽ ⁊ in terrã trucũ figentes ⁊ firmãtes: postea in ea corꝓ⁹ cõfixerũt: aliq̃ corꝓ⁹ sustẽtante dũ ꝓfigerent man⁹ ei⁹: deinde pedes clauis ferreis satis grossis vt ostẽdit. Et qr ex ꝓfixiõe ⁊ maximo dolore nerui erãt retracti ⁊ mẽbra decurtata q̃n secundã manũ affixerũt ⁊ pedes etiã fune ꝓ violentiã brachiuz aliud ⁊ pedes ꝓtraxerũt intantũ: q̃ omnia ossa corꝓis dinũerari possent: impleto qõ ꝑdixerat Ps̃. ĩ persona xp̃i. Foderũt man⁹ meas ⁊ pedes meos: dinũerauerũt omnia ossa mea. Nulla hystoria docz b̃ in Dauid impletũ vel alio de populo illo: sed in dño nr̃o iesu xp̃o. Erat aũt titul⁹ ꝓtinês causaz mortis in q̃dã tabula pua scriptus l'ris grecis: latinis ⁊ hebraicis: vt exoi natiõe q̃ cõuenerãt in die festo legere possent: q̃ tabula affixa erat paxillo posita in pte supiori crucis in medio: vsus quã caput iesu pendebat. Nã crux ꝓ se erat ad modũ thau: nec habebat aliq̃d sup lignũ qõ erat ꝓ trãsuersũ sed apposit⁹ fuit paxill⁹ cũ tabula: vt dictũ ẽ. Scꝑtura autẽ tituli hec erat. Jesus nazarenꝰ rex iudeoꝝ. Sed vt refert solꝰ Jobes: q̃a locꝰ vbi crucifixꝰ erat: erat ꝓpe ciuitatẽ: extra tm̃ hierusalẽ: pene oẽs de ciuitate ibãt ad videndũ: qõ fuit ad maximã penã ꝙfusiõis ipi iesu: fm̃ illud Ps̃. Tota die verecũdia mea ꝫ me ẽt ꝙfusio faciei mee operuit me ⁊c. Pontifices q̃ cũ legissent scꝑturã reputãtes b̃ esse ad iniuriã suã: s. q̃ rex suꝰ crucifixꝰ esset dixerũt pylato. Noli dicẽ rex iudeoꝝ. s. q̃ sit: sz qr dixit rex sũ iudeoꝝ: vt. s. appareat q̃ ꝓpe istã arrogãtiã ⁊ ãbitionẽ qua se voluit facere regẽ sit crucifixus. Quibꝫ pylatus. Qõd scripsi scripsi: id est scripturã illã volo sic permanere firmã: b̃ disponẽte deo: q̃a vere est rex iudeoꝝ. Ad litterã: ⁊ iudeoꝝ ⁊ oim nationũ Moraliter rex iudeoꝝ. i. ꝓfitentiũ. Interp̃tat em̃ iudas ꝙfessio vel cõfitens. Est em̃ speciali mõ rex: id ẽ regnãs p gratiã: ⁊ postea p gl'iam: coꝝ q̃ ꝓfitent. s. fidei articulos credendo: defectus ꝓprios sacerdoti pandendo: ⁊ diuinas laudes gratias agendo. Milites aũt gẽtiles q̃ cũ cruci affixerũt lictores pylati diuiserũt sibi adinuicez vestimenta sua ꝑ sortem: statuẽtes q̃s q̃d acciperet: qõ narrãt oẽs euãgeliste. Sed Jobes plenius. Dicit em̃: q̃ milites q̃ crucifixerãt quattuoꝝ fecerũt ptes de vestibꝫ vnicuiq; suã dantes. Tunicã aũt suã que erat inconsutilis ⁊ desup ꝓtexta p totum: id est facta ad acum: nõ diuiserũt: dicentes. Nõ scindamus eam: sed sortiamur de ea cuius sit. Qõ factũ inducit Jobes psalmistã hoc prenunciasse cum ait in persona christi. Partiti sunt seu diuiserunt sibi vestimenta mea: scilicz qui me crucifixerũt

z sup vestē meā miserunt sortē: id est sup tunicā incōsutilem. Aug⁹. Matthe⁹ autē dicendo: Diuiserūt vestimenta ei⁹ sortē mittētes: ad totā vestimentoꝝ diuisionem voluit intelligi etiā illā tunicā p̄nere de qua sortem miserunt. Tale est etiā qō ait Lucas diuidētes vestimenta eius miserunt sortē. Diuidentes em̄ venerūt ad tunicā de qua facta est sortitio. Dicendo aūt sortes pluraliter p̄ singulari posuit. Marcus autē solus videt intulisse aliquā questionez. Dicēdo em̄: mittentes sortem sup eis quis qd tolleret tangz sup oīb⁹ vestimentis: nō sup sola tunica sors missa sit locu⁹ videat sed etiā hec breuitas obscuritatē facit. Sic em̄ dictū ē: Mittentes sortē sup eis: ac si diceret: mittētes sortez cū diuiderent. Q⁹ aūt dicit: Quis qd tolleret: id est qs tunicā tolleret tangz si totū ita diceret: Mittētes sortem sup eis q tunicā que ptibus equalib⁹ superfuerat: tolleret. Spiritualiter vo quadripartita vestis dñi nostri ihesu xp̄i: quadripartitā figurauit ei⁹ eccl'iam: q̄ tuor sez ptib⁹ in orbem diffusam z in eisdē eq̄liter. i. ero ditus distributā. Tunica vo illa sortita oim partiū significat vnitatē: q charitatis vinculo p̄nect. Si autē charitas supemīnētionē vīa habet z supeminet sciētie z sup oīa p̄cepta. Est merito vestis q̄ sigt̄ desup' p̄texta Et addidit: Per totū: qa nēo ē expers ei⁹ q̄ p̄nere inuenit ad totū: a q̄ tota catholica vocat eccl'ia. Incōsutilis aūt: ne aliqū dissindat: z ad vnuz puenit: qz omnes in vnū colligit. In sorte autē dei gratia cōmēdata est. Cū em̄ sors mittit nō p̄sone cuiuscūq; vel meritis: sz occulto iudicio dī scīdit. Hec Aug. Quare aūt potu⁹ morē crucis sustinuerit q̄ aliā omitto breuiter ponere. Et p̄tereuntes turbe inquiūt Matthe⁹ z Marc⁹. Blasphemabant eū dicētes. Vach q destruis templū dei et in triduo illud reedificas. Sz z p̄ncipes sacerdotū cuz scribis z seniorib⁹ illudebāt dicentes. Alios saluos fecit: seip̄m nō p̄t saluū facere. q. d. Nunc apparet qz nō vere sanabat infirmos: sed in vrute beelzebub: si filius dei est descendat nūc de cruce z credim⁹ ei. Dixit enim Filius dei sum. Sz z milites. s. p̄ylati illudebant ei dicentes. Si tu es rex iudeoꝝ saluū te fac. Jesus autē in cruce manens sustinet tot dolores immēsos: tot irrisiones z p̄tumelias. P̄rimū quidē ihū dixit in cruce vt refert solus Lucas: instruēs ad dilectionē inimicoꝝ. Dixit em̄: Pater ignosce illis qa nesciūt qd faciūt. Cōtra oēm iusticiā ostendit qa innocētissim⁹ sine aliquo peccato: solus ab his q̄bus semp benefecerat. a populo quē in peculiarez assumpserat: ledit in oīb⁹ sūme: in substantia ablatis sibi vestib⁹: in fama: contumelijs z blasphemijs: in p̄sona morte turpissima z acerbissima p̄dēnatus: z tamē p illis orat dicēs. Pater ignosce illis. Et sic impleta est p̄phetia Esa. dicētis. liij. P̄ro transgressorib⁹ i. p̄ter legem agentib⁹ orauit ne perirēt. Cū aūt cū eo crucifixi essent duo latrones: vn⁹ a dextris: alius a sinistris: dicūt Matthe⁹ z Marc⁹ abbreuiādo: q̄ idip̄m p̄perabāt ei z quiriabant q̄ cū eo crucifixi erant. Sz Lucas plenius hoc exp̄mit. Dicit em̄ q vnus ex latronib⁹ q̄ sez erat a sinistris blasphemabat cuz dicens. Si tu es xp̄s saluū fac temetip̄m z nos. Dicēduz est g̈: q vel in eo qō dicūt Matthe⁹ z Marcus ō ambob⁹ latronib⁹ quiriantib⁹ xp̄o ponit ibi pluralis p̄ singulari: qz vn⁹ eoꝝ fuit tm̄ qui dicit Lucas: vel qa si. ambo fuerūt q̄ quiriati sunt xp̄o: hoc fuit in p̄ncipio Sz postea qa dextris erat penitētia ductus rep̄bēdit sociū z xp̄o se recōmēdans ait. Memēto mei rē. vt dicit Lucas. Vñ subdit. Respōdēs aūt alter increpabat eū dicēs. Neqz tu times deū q̄ in eadē dānatiōe es. s. isti p̄fidi iudei q̄ crucifixerūt hunc tā inocēter. Et nos quidē iuste. s. q̄ dēnati sumus p̄pter scelera nostra. Nā digna factis recipimus: hic vo nichil mali fecit. Et dicebat ad ihesum. Domine memēto mei cum veneris in regnū tuum. Et dixit ei ihesus. qō est secūdū ihū. Amē dico tibi hodie mecū eris in paradiso. Qō vtiq; vez fuit Nā mortuo ihesu illa die anima separata a corpe sancta diuinitate descendit ad lymbū patrū: z iam bui⁹ latronis post mortē christi z ipa a corpore separata descendit: nō ad infernū dānatoꝝ vel purgatoriū: sed ad lymbum vbi clare videns diuinitatē xp̄i fuit beata. Et h̄ est vere padisus: locus. s. q̄ parat deo visum. Hodie mecū rē. Hieron⁹. vt paruū magnus aspicias z diues pastor mozbidam nō contēnas ouez christus de cruce in paradisum latronem tulit: z ne quis seraz aliquando putaret penitentiā: fecit homicidū penam martyriuz. de pe. di. j. Importuna. Hinc z Julius papa. Vera cōfessio in vltimo esse potest: sicut latro vnius momenti penitentia meruit esse in paradiso in hora vltime confessiōis. xxvj. q. vj. Si p̄sbyter. Aug⁹. Qui pus a peccatis relinquit q̄z ipe relinquat ea: non libere sed quasi necessitate condēnat. Licet em̄ latro veniā meruisset in fine de oīm crimine: non tamē dedit baptisatis peccandi z pseuerandi autoritatē. Tūc enim primum baptizatus est: scz baptismo flaminis: quia tunc p̄mū in cruce christū confessus est. de pe. di. vij. Nullus. Sz vere mirabilis fuit deuotio z fides huius latronis. Nullum viderat eū facere miraculū: non p̄dicantē: nō turbis circumdatū eius doctrinā sitientibus: sed crucifixum cum eo: omnesq; maiores: scz p̄ncipes sacerdotū z milites z doctores legis eū subsannantes z exprobrantes: z sociū suū idip̄m facientē: z tamē veneratur vt deū sua delicta confitēs: sociū increpās z oēs ei iniuriantes: nō verit⁹ seuiciā iudeoꝝ: seqz ei būiliter recōmēdās z dicēs. Memēto mei rē. Petr⁹ aplus z ceteri negant: z populi deridēt: z ipe ipm̄ cōmēdat: ipm̄ regē fatet: se sibi cōmēdās. Jesus aūt vt oblit⁹ suaꝝ penaruz ip̄m p̄fortat de sua p̄uersiōe z fide: p̄mittēs ei p̄miū maximū. Hodie in dn̄o mecū rē. Et de tanto labore sue passiōis q̄ erat sufficiens p̄ciū redemptiōis omniuz nō solū huius mūdi: sz z mille si essent: iesus nō videns nūc sequi fructum nisi p̄uersionis vnius latronis: nec hunc minimū despicit: sed ip̄m colligit. Stabat autem iuxta crucē mater ihesu z sororis matris eius maria cleophe marie magdalene. Q⁹ refert sol⁹ Johes ō matre ihesu z ipo iobāne. Stabat dolore anxiata: amaritudine vulnerata: mente autē z intellectu erecta et firmata in dei voluntate: quā sciebat esse vt filius su⁹ pateret p redēptiōe hūani generis. Et cū oēs discipuli z discipule cecidissent a fide sue diuinitatis: ipa sola stabat in fide firma. Et qz sciebat ip̄m q̄ patiebat esse dī filiū: inde maxime dolebat de tāta offensa deo facta. Et sicut nulla mater vnq̄z tantū dilexit filiū suū: tuz non solū qz vnigenitū: sed qa ex se totū sine patre generatū Tū qa optimū z sanctissimū. Tū qa vez deuz Jta mater vnq̄z dolorē tantū habuit de morte filij. Tunc fuit impleta p̄phetia Symeonis dicētis. Tuā ip̄ius aiam ptransibit gladius. Ip̄ius. s. passiōis. Un̄ dolores quos alie mulieres sustinent in partu: sibi reseruati fuerūt in passiōe filij: vt p̄gruere sibi posset illud P̄s. Ibi dolores vt parturientis. Nec vnq̄z alicui⁹ martyr sustinuit tantā penā in suis tormētis sicut virgo maria iuxta crucē filij. Un̄ z plus q̄z martyr fuit vt ait Hiero. Cū g̈ vidisset ihesus matrē nevideret eius oblitus: in hoc condens pietatē quā debent filij exhibere parentib⁹ z putē p̄posse cū ab eis discedūt. dixit mr̄i sue. Mulier ecce filius tuus. Dicē noluit mr̄: ne sic nominādo magis vulne-

·c·si·n·cognouisset·& ibi glo.

rarer dolore cor ei⁹. Sz mulier exp̃mẽs serũ: nõ ꝟginitatis violentiã. Ecce filius tuus. q. d. Hũanitas ista q̃ cernit est filius tuus q̃ patit. Et ꝯa dissoluenda est ista hũanitas p̃ mortẽ: ne sola remaneas: Ecce iohes erit filius tu⁹ p̃ me. Ipe ꝟgo t ꝟginẽ sociabit. Nã tũc creditur mortuũ fuisse spõsum eius ioseph: alʒ nõ alteri caʒ cõmendasset q̃ʒ spõso suo si viueret: vt dicit. xxvij. q. ij. Deinde dicit discipulo. s. Johãni: licet nõ se nominet sicut nec alibi cũ de se loquit: Ecce mater tua: id ẽ babeas eã cõmendatã vt matrẽ. Thesauꝛ maximũ quẽ in terra relinquo: mulli alteri q̃ʒ tibi p̃ ceterʃ dilecto relinquo: Ecce mater tua. Et ex illa hoꝛa accepit eam: scz ioh̃nes i suam: scz matrẽ vel curã. Incompabilis certe ista ꝓmutatio: qua dat marie discipulus p̃ magistro: seruus p̃ dño: riuulus p̃ sapientie fonte: nepos p̃ filio creatura p̃ creatoꝛe. Et tamẽ acquieuit hũiliter q̃ filius instituit. A sexta aũt hoꝛa vsq; in nonã: vt referũt euãgeliste oẽs: tenebꝛe facte sunt sup̃ vniuersam terram sole. s. patiente eclypsim: q̃ naturaliter esse nõ potuit. Nã eclypsis naturalis accidit ex interpositiõe lune inter solem t nos: cũ est sup̃ nostꝛ emisperiũ solipe in cursu suo. Tũc aũt cũ esset luna quintadecima p̃mi mensis: q: fm legem tũc inchoabat festũ azymoꝛ. direcꝛe ex opposito erat luna ad solem. Uñ cũ tunc sol esset hoꝛa sexta dici in medio emisperij nr̃i: luna erat in medio emisperij q̃ est infra nos seu subtus nos. Uñ non poterat naturaliter cẽ eclypsis. Qñ̃ ce rnẽs Dyoni. ario pagita maximus phus cum tũ esset athene quãdo facta est ista eclypsis: perpẽdẽs nõ esse naturalem inquit Aut deus nature patit: aut totius mundi machina cito dissolueꝛ. Secũdũ aũt nõ accidit adhuc: sed primũ impletũ est: ꝯa ihesus deus verus t homo passus est. Et tũc ab athenien sibꝫ fabꝛicatũ est altare in veneratiõnẽ illius q̃ tũc passus est: intitulantes illud altare ignoto deo. Ubi etiã alie eclypsatiões solis nõ durãt p̃ hoꝛaz: hec p̃mansit p̃ tres hoꝛas. Ad litterã: tãta erat iniq̃tas t crudelitas iudeoꝝ: vt ipe sol quasi nõ ferens tãtã iniuriã sui creatoꝛis: subtraheret radios suos ab eis: t q̃si compatiens mortẽ eius tenebꝛis vt nigro induereꝛ. Spũaliter. Tãtus fuit doloꝛ huius passionis: vt sol intelligentie nostre eclypseꝛ t obscureꝛ ad intelligentiaz eius: nec plene capere põt. Et ex immẽsitate hui⁹ doloris clamauit voce magna fm Matthеũ t Marcũ. heloy heloy tc̃. id est deus meus deus meus vt quid dereliquisti me. Que verba sũt sumpta oꝛiginaliter ex ·ps̃. xxj. Ubi Dauid loquit in p̃sona xp̃i totũ illũ psalmuz de sua passiõe. Dicit eĩ: Deus me⁹ respice: quare me dereliq̃sti longe a salute mea coꝛpali. s. facũt me esse ꝟba delicoꝛ meoꝝ. Appellat autẽ delicta sua peccata mẽbꝛoꝝ suoꝝ: id est humani generis p̃ q̃bus patic̃batur. Dicit aũt se derelictũ a deo: nõ q̃a diuinitas foꝛet separata ab humanitate: q̃a nũq̃ eã deseruit postq̃ assũpsit: sed q̃a subtraxerat potentiã suam nõ impediẽdo illos ab illo opere t nõ liberãdo eũ de manibꝫ eoꝝ: sed p̃mittendo facere q̃ eis placebãt erga ipm: vl etiã dicit se derelictũ a deo: eo q̃ps intellectiua q̃ etiã tũc fruebat deo cũ sũmo gaudio: nil refrigerij t ꝓsolatiõis influebat insentitiuã. Et cũ ex maximis doloꝛibꝫ esset anxiat⁹ t desiceat⁹ in spiritibꝫ: dixit q̃ntũ ꝟbũ: vt refert sol⁹ Johãnes: Sitio. Sitiebat aũt nõ solũ coꝛpaliter: sed t mẽtaliter summe cupiẽs fructũ sue passiõis ad oẽs extẽdi ac etiã ꝟtutẽ eius cõmunicari oibꝫ martyribꝫ t aduersa patientibꝫ p̃ eo: vt merito ipius passiõis patiẽtes et foꝛtes redderentur: t vt ait Apl's ad Heb. Ozans cuz lachꝛymis. s. iesus in cruce ex clamoꝛe valido et auditus est p̃ sua reuerẽtia: vt oẽs q̃ deuote suscipiũt sacramẽta in q̃bus ꝟtus passiõis remãsit: saluti ꝓsequant. Cũ aũt sic clamasset: quidã q̃ poꝛtabat vas plenũ vino acetoso: qđ dicit felle vel myrrha mixto amarissimo: ictingens spongiã impleuit liquoꝛe illo amarissimo: t imposita spongia calamo de ysopo apposuit oꝛi ei⁹ ad bibendũ. Quidã alij ex romanis ministris q̃ nõ intelligebant ydeoma hebꝛeũ cũ audissent iesum p̃ius clamasse heloy heloy tc̃. dicebant illi q̃ offerebat spongiã ad bibendũ. Heliam vocat iste: sine si foꝛte veniat helias ad deponẽdũ eũ. Sed iesus cũ gustasset noluit bibere p̃pter amaritudinẽ. Et impleta est ꝓphetia Dauid dicẽtis in p̃sona eius. Dederũt in escã meã fel: t in siti mea potauerũt me aceto. Solebãt iudei qñ̃ aliq̃s illa morte cõdẽnabat poꝛtare vas optimi vini ad cõfoꝛtandum. sed nũc ad magis affligendũ dederũt vinũ acetosũ fel le mixtũ: in q̃ significabãt maliciã suaz. populꝰ eñ ille erat vt spongia vacua ꝟtutibꝫ: cauernosa simulationibus: plena aceto frigide malicie: vbi p̃ius in patribꝫ fuerat vinũ bonũ caritatʃ: t mixto felle amarissime odij t inuidie. Et ideo iesus noluit bibere: id est incoꝛpari ecclie sua talẽ populũ: sz abiecit a se. Cũ ꝑ accepisʃz acetũ: nõ quidẽ bibẽdo sed gustãdo dixit: teste solo Jobe. Cõsũmatũ est sertũ verbũ: id est adimpletũ q̃ p̃nũciatũ t figuratũ est de mea passiõe. Unde t p̃cedẽtibꝫ dicibus cũ p̃edixit passionẽ suam apostolis: dixerat. Ecce ascendimus hieroselymã t cõsũmabunt oñia q̃ scripta sunt de filio hominis. Cũ ergo sciret oñia impleta dixit: Cõsummatũ est. Et oñia illa sacrificia in lege mandata t multa alia cerimonialia hanc passionez figurabant: ideo illis impletis oñia illa cessant t ꝟtute caruerũt: t ideo dixit: Cõsũmatũ est verũ t signatũ sacrificiũ. In oñibꝫ aljs sensibꝫ in cruce fuerat afflictus In tactu manibꝫ t pedibus in q̃bus maxime viget dauis p̃fixis. Uisus videdo irrisiões iudeoꝝ t crudelitates. Audit⁹ audiẽdo ꝓtumelias ip̃oꝝ t blasphemias. Odoratus sentiẽdo fetoꝛes cadaueꝝ q̃ʃ in illo loco erãt. Restabat solus gustus illesus in cruce. Reliquũ coꝛp⁹ totũ erat cruciatũ t fractũ p̃ flagella t coꝛonationem. Quia igit̃ p̃mus adam cũ mortificauit totũ gen⁹ humanũ visu offendit aspiciẽdo lignũ seu fructũ eius qđ erat pulchꝛũ visu. Et verisimile ẽ q̃ odoꝛifeꝝ erat sentiens olfactu. Auditu audiẽs ꝟba serpẽtis in iniuriaz dei. Tactu q̃z cũ tulit de pomo veriꝛo. Gustu cũ sentit comedẽdo suauitatẽ cibi. Per q̃s sensus velut per poꝛtas peccatũ intrauit in mũdũ: decuit vt mꝛtifoꝛmis p̃ditoꝛis diaboli ars vt artẽ falleret: t medelã ferret infirmitati: hostis vnde leserat. Ideo gustata amaritudine potus ait: Cõsummatũ est. i. impleta solutio debiti hũani generis. Insup̃ t mr̃imoniũ x̃ctũ inẽ xp̃m t ecclie: initiatũ in p̃fiarchis t ꝓphetʃ: p̃ p̃missiones etiã iuratas: ratificatũ in ei⁹ incarnatiõe in cruce: p̃ cuius ꝟtutez ecclia mũ data vnita est xp̃o. Cõsummatũ est. Et ibi ostẽsa est maxime plenitudo sue ad nos dilectiõis: que ẽ finis oñis cõsũmatiõis fm ·ps̃.

Demũ inclinato ca ·H·vij

pite dicẽs: Pater in manus tuas cõmẽdo spiritũ meũ q̃ fuit septimũ t vltimũ verbũ: vt testat sol⁹ Lucas: tradidit spiritũ. i. aiam suã q̃ tũc separata a coꝛpe est: t sociata deitate ad lymbũ patrũ descendit. Cõmendo inquit. i manꝰ tue ptãtʃ ad carnẽ reassumẽdã. In manꝰ tue mirificoꝛdie t benignitatʃ ad visitãdũ alias q̃ erãt in penis tenebꝛaz. In manꝰ tue volũtatʃ: vt sp tibi ab ea defuiat. Et ꝟ q̃dẽ ꝟbũ sũptũ ẽ ex ·ps̃. vbi ait. In manus tuas có. spm meũ: redemisti me do. deꝰ ꝟitatʃ. Qđ

sic videꝛ exponẽdũ. O dñe q̃ es deus auctor veritatꝭ tu me redemisti. s. morte tua q̃ dixisti. In manus tuas cõ mẽdo spiritũ meũ. Et tũc oĩa insensibilia visa sũt cõ pati t dolere de morte dñi sui. Nã terra mota est: petre scisse sũt: velũ templi qđ erat ante sanctasanctoꝝ diui/ sum est a sũmo vsq; deorsũ: vt paterẽt sancta sanctorũ: signãs regnũ celeste ꝑus nobis clausũ: iã reseratũ. Te/ nebre facte sũt sup vniuersaꝫ terrã: monumẽta aperta sũt. Et vt ait Matthe⁹: ꝑ occupationẽ tñ mlta corpa sctorũ surrexerẽt: qđ vtiq; fuit factũ nõ tũc: sz xpo resur gente: t venerũt in hierusalẽ t apparuerũt multis: re/ ferẽtes (vt pie credi põt) de diuinitate xpi t redẽptiõe hũani generis facta p ei⁹ passionẽ: t de visitatiõe patꝝ in lymbo. Multi aũt ex simplicioribꝫ iudeis vl gentilibꝫ videntes hmõi signa cõpuncti sũt: t reuertẽtes ad penitentiã pcutiebãt pectora sua: ꝓfitẽtes scz peccatũ suũ qđ cõmiserãt in cooperãdo passioni xpi: dicẽtes. Uere hic hõ iustus erat. Centurio aũt q̃ missus fuerat a pyla/ to ad exequendã iustitiã: t ipe cõpunctus dicebat. Uere filius dei erat homo iste. Cũ aũt sero fieret: ne corpa illa remanerent in cruce: die sequẽti sabbati q̃ erat so lennior inter dies illi⁹ festi: t sic videreꝫ festũ debono/ rari: accesserũt ad pylatũ iudei: postulantes vt possent eos q̃ in cruce erãt crurifragio occidere t inde deponere. Qđ cũ ꝓcessisset eis pylatus venerũt ministri eius t cũ adhuc latrones in cruce viuerẽt fregerũt crura eoꝝ ex qua cõfractiõe ossium ex vehemẽtia dolorꝫ mortui sunt. Ex qbus anima eius q̃ erat a dextris qui vulgari ter dicit nũcupatus Dismas descendens ad lymbũ patrũ fuit subito glorificat⁹ ex visione diuine essentie: cui vnita erat xpi aia: t sic habuit paradisũ sibi ꝑmissũ. Alter latro dictus Gesmas impenitẽs mortuus descẽdit ad locũ dãnatoꝝ. In qbus duobꝫ latronibꝫ figurati sunt oĩes homines electi t reprobi. Oĩes em̃ furati fuimus in ꝑmis parẽtibus fm virtutẽ seminalẽ existẽtes diuinitatẽ quãtũ in eis fuit: cũ eis dictũ fuit a serpente. Eritis sicut dij: hoc affectãtes voluerũt ait Augustin⁹ rapere dignitatẽ: t ꝓdiderũt felicitatẽ. Et ꝓpter istã rapinã oĩes dãnamur ad crucẽ penalitatem hui⁹ vite t mortẽ: sed cũ hac differentia: qa reprobi patiunt crucẽ sue ꝑnarũ: sed sine fructu salutis: qa nõ eos peniteꝫ nõ se recognoscunt: sed demũ vita sua blasphemãt: t ideo damnant. Electi aũt ꝓfitentes peccata sua: t se deo humiliãtes: ad gloriã puenirũt: nõ virtute sua: sed misericordia xpi: virtute passiõis eius: q̃ vt serpens eneus: id est sine veneno peccati: sed carnẽ similez nobis peccatoribꝫ habens suspẽsus fuit in ligno crucꝭ ꝓpter debitum furti nostri soluendũ: iuxta illud ꝭPs. Que nõ rapui (inquit ihesus) tunc exoluebã. s. in cruce. Uñ Apl's ad Phil'. ij. Cũ in forma dei esset. s. ihesus: id ẽ verus deus: nõ rapinã arbitratus est esse se equalẽ deo scz ipe inẽstũ homo sicut ꝑmi parẽtes: sz semetipm exinaniuit factus obediens vsq; ad mortẽ: mortẽ aũt crucis. Cũ aũt veniss̃ent ad ihesũ videntes eũ mortuuz: non eius crura fregerũt: vt impleret scriptura inqt Jobes. que habet Exo. xij. de agno eius figuratiuo. Os nõ cõminuetis ex eo. Sz vnus militũ illoꝝ gentilitũ lancea sua directa ꝓtra latus eius transfixit: magnũ vuln⁹ infigens: t cõtinuo ex latere eius exiuit sanguis t aqua: vt testat Jobes solus: impleta ẽ illa propheria Zach. Uidebũt in quẽ trãsfixerũt. Nic dictus est Longin⁹: q̃ postea ꝓuersus ad fidẽ martyriũ ꝑ xpo sustinuit. Dicit etiã aliq̃ p cũ esset cecutiens: id est paꝝ vel nihil videns: ex stilla sanguinis tangente oculos eius: subito pfecte vidit. Ex his etiã ostensa est vera hũanitas christi nobis similis. Uñ 1. Joh. v. dicit. Tres sũt qui testimoniũ dãt in terra. s. de xpi humanitate vera hõ autẽ ỏ terra originaliter. Spũs aqua t sanguis. Qꝝ christus habuerit spiritũ: id est aiam patet: qa inclinato capite vt dictũ est tradidit spiritũ. s. deo cõmẽdans ipsũ spiritũ aiam suã. Aqua aũt t sanguis q̃ exierũt de latere: q̃ sunt duo humores in corpe nro magis noti et cõpiosi oñderũt corp⁹ suũ vez esse nõ phantasticũ: qa tale nõ habet sanguinẽ neq; aquã. Et spũaliter signat sacramẽta eccl'ie: eo q̃ vtrũq; habent ex passiõe xpi. Nam baptism⁹ q̃ ẽ pmũ sacramentoꝝ t maximũ in effectu/ signat in aqua. Eucharistia q̃ est vltimũ t finis aliorꝝ sacramẽtoꝝ t maximũ in esse: innuit in sanguine. Uñ Chrys. Quia hinc sumũt initiũ sacramẽta celestia: vide vt sicut a xpi costa bibitur⁹ accedas. s. ad ipa. Quidam aũt ex iudeis nobilis decurio t diues ab arimathia ciuitate oriũdus. i. ramatha discipulus ihesu: q̃ nõ ꝓsenserat actibꝫ t ꝓsilio iudeoꝝ de morte ihesu: sed contradixerat poti⁹. Hic accessit ad pylatũ t petijt sibi dari corpus ihesu: vt sz deponere posset de cruce t sepelire. Pylatus aũt mirat⁹ q̃ ita cito obijsset: accersito centurione q̃ executor fuerat iustitie si res ita se haberet: cõperto hoc esse dedit illi licentiã deponẽdi. Uñ veniens cũ Nicodemo legisperito q̃ discipulus occultus erat ihesu: t ad eũ nocte venerat ꝑ informatiõe sui circa eũ. De posuerunt eũ de cruce clauis euulsis. Quis aũt dubitũ habere potest q̃n mater eius corp⁹ depositũ suscepit in gremio suo in brachijs suis: t nunc caput spinis ꝓforatũ: nũc man⁹ sanctissimas q̃z tactu infirmi sanati fuerãt aspicies clauis ꝓfossas: nũc pedes q̃ qtidie discurrebant ad querendã hoim salutẽ: nũc latus lancea aptũ copiosissimis lachrymis pfundebat. Sed t maria magdalena ad cuius pedes remissionẽ peccatoꝝ acceperat nõ oblita beneficij magistri sui illos lachrymis irrigabat: t alie marie t discipule ihesu. Et qđ dicit Lucas stabant a longe noti eius t mulieres tẽ. puisq; in cruce pateret locũ habuit. A ꝓncipio q̃dẽ stabant iuxta crucẽ mr̃ ihesu t iobes: sz post vbũ ad eã: Ecce fili⁹ tu⁹ tẽ. mlti/ tudine succrescẽte elongati fuerũt a cruce mr̃ t alij noti.

Demũ q̃ nox appropinq̃bat ioseph t nicodem⁹ affe/ rẽtes myrrhe t aloe mixturas libras cẽtũ ad cõdiẽdũ corp⁹ ihesu: qđ fuabat in corpibꝫ hoim nobiliũ ad pser uãduz a corruptiõe: inuoluẽtes corp⁹ ipm in syndone mũda. i. lintheaminibꝫ t sudario posito sup faciẽ eius fm morẽ iudeoꝝ: posuerũt eũ in monumẽto nouo ipi us ioseph in petra excisso: in q̃ nondũ q̃sqũ posit⁹ fuerat qđ monumẽtũ erat in q̃dã spelũca cuiusdam horti iuxta montẽ caluarie: vbi crucifix⁹ fuerat. Qꝝ alij euãgeliste narrãt solũ ỏ ioseph nõ est ꝓtrariũ ei q̃ dicit iobes t de nicodemo. Sz qđ illi tacuerũt: iste expssit ait Augustin⁹. Et qđ alij dicãt de syndone: iobes de lintheis scripsit. Accedẽtes aũt ꝓncipes sacerdotũ t pharisei ad pylatũ dixerũt. Dñe recordati sum⁹ q̃ seductor ille adhuc viuens dixit: Post tres dies resurgã: iube ergo custodiri sepulchrũ vsq; in diẽ tertiã: ne forte veniant discipuli eius nocte t furent eũ: t dicant plebi: surrexit a mortuis: t erit error nouissimus pcior ꝓrioze. Quibus pylatus. Habete custodiaz: ite t custodite sicut scitis. Illi autem abeũtes signauerũt lapidẽ: scz cũ sigillo: et dimiserũt ibi custodes vt custodirẽt ne quis ipm raperet. Marie aũt associãtes matrez ihesu: postq̃z corp⁹ ei⁹ fuit i sepulchro collocatũ qđ sp erat ditati vnitũ: reũsse sũt i ciuitatẽ. Et illo sero emẽtes aromata pciosa: cõposuerũt vnctiõez pciosã vt vngerẽt p⁹ ea corp⁹ ihesu vt hois sctissimi ad ipz ꝓfuãdũ: nõ credẽtes eũ deũ cẽ. Et sabbato qđẽ seqnti q̃ corp⁹ xpi iacuit i sepulchro siluerũt ꝓpter solẽnitatẽ sabbati expectãtes dñicũ diem.

Capitulū. VII.

De resurrectione domini

cius. Uñ oportet q̄ sit subsistēs: qz oē qđ est in natura dei est deꝰ. Ex p̄missis ḡ tenēdū est q̄ ꝓprie loq̄ndo verbum semp accipiť psonaliť in diuinis cū nō imporret nisi q̄d expssum ab intelligēte. Itē cū v̄bū in diuīs sit similitudo eius a quo ꝓcedit: oportet q̄ sit coeternū ei a quo ꝓcedit: cū nō prius fuerit formabile q̄z formatus: sz semp in actu. Et q̄ sit coequale p̄i: cū sit pfectū t totius esse p̄is expssiuū. Et q̄ sit coessentiale t cōsubale cū sit subsistēs in natura ciꝰ. Patet etiā q̄ cū sit in naturalibꝫ id qđ ꝓcedit hñs naturā t silitudinē eius a q̄ ꝓcedit vocať filius. t hoc verbū ꝓcedit in silitudinez nature ciꝰ a quo ꝓcedit. Dicať filiꝰ hoc v̄bū: t pducto ciꝰ dicať generatio. Et sic patet pmū. s. qđ sit hoc qđ ōr verbū: t qđ spūale qđ est. Et hec rō fm Chrys. quare Joh. loq̄ns de filio dei nō dixit In p̄ncipio erat filius ne. s. audiēdo generatōz sub noīe filij in diuinis putarem illā ḡlis est in humanis talē esse. s. materialem et passibilē. t ideo nō dixit filiꝰ sed verbū: qđ ōportat intelligibilē ꝓcessum: vt non intelligas materialē t passibilem illā generationē sed spūalē. Joh. iij. Spūs est deꝰ Et ciusdē. iij. Quod natū est ex spū spūs est. Uel ideo ōr Johānes verbū t nō filiꝰ: quia filiꝰ dicit solū respectū ad patrē: sed v̄bū ōr cōpationē ad dicentē t ad id qđ verbū dicit: t ad vocē quā induit: t ad doctrinā quaz p verbū influit. t ideo nullū nomē ita ꝓprie decuit poni q̄z verbū. Et ḋa importat compatiōz ad patrē a quo ꝓcedit: sicut t nomē patrꝭ: t ad creaturas quas v̄bū fecit: t ad carnē quā induit: t ad doctrinā quā p̄buit. Dicturus em̄ erat de eo inq̄rtū venerat ad manifestandū patrē: que manifestatio fit potissime p v̄bū: t ideo aptissime sub noīe verbi describit. Mouet Chrys. t aliaz questionē: q̄rc. s. Johānes patrē dimittēs statim cepit a filio dicens. In p̄ncipio erat verbū. Ad qđ ipe rñdet q̄ pater erat innotuerat oībus in veteri testamēto nō tū in rōne patrꝭ sed vt deus. dei filiꝰ aūt ignorabať: t ideo in nouo testamēto in quo agiť de cognitiōe verbi incepit a filio. Tū etiā ḋa p filiū inducunť hoīes in noticiā patris: fm illud Job. xvij. Pater manifestaui nomen tuū hoīb. t ideo cōgruēter euāgelium inchoauit filio dicēs. In p̄ncipio ꝛc. Tertia q̄stio est Aug. q̄rētis: quare cū in greco habeať logos vbi nos dicimus verbū: t logos latine significat rationē t verbū: q̄re potius dictū est v̄bū q̄z ratio. Rñdet q̄ ratio ꝓprie importat conceptū mentis fm qđ est in ipa mente: t si qđ per illā exterius fiat: sed verbū aliq̄d ad exteriora compatū. Et ideo: ḋa euāgelista p hoc q̄ dixit logos non solum intēdebat signare respectū t existentiā filij i patre sed etiā opatiuā potentiā filij in patre: ḋa oīa p ipm facta sunt. Ideo antiqui nr̄i magis transtulerūt logos i verbū q̄z in rationē: quia verbū importat respectū ad exteriora: aut tm̄ conceptū denūciat. Quartā q̄stionē mouet Orig. s. cum in multis locis scripture vbi fit mētio de verbo addať dei. i. verbū dei. vt Apocal. xix. Nomen eius v̄bū dei. t Esa. Uerbū dñi manet in eternū. quare Johes hic absolute ponit verbū sine additione alīq̄. Rñdet idē: q̄ lz sint multe veritates ꝑticipatiue tamē vna est veritas absoluta: que p essentiā suā ē sapientia absoluta supza oēs eleuata. s. sapiētia diuina p cuius ꝑticipationē oīa sapia sunt. Ita est etiā vnū verbum absolutū p cuiꝰ ꝑticipatiōz oēs hñtes v̄bū dicūť esse: dicēres q̄ est verbū diuinū: quod p scipm est v̄bū sup oīa eleuatū verba. Ut ḡ euāgelista hanc supeminētiam verbi insinuaret: ipm verbū absq̄ aliqua additōne nobis absolute ꝓponit.

Super illo verbo erat ℣. j.

Cum p̄teritū impfectū repugnet eternitati in q̄ nulla est ꝑteritio: videť q̄ nō congrue describať verbū dei p erat. Sed respondeť q̄ cum esse v̄bi hic noteť vt permanēs t imutabile t oīa antecedēs: t hec tria importat hoc verbū erat: ideo congrue dixit erat. Cum enim sit mediū inter p̄sens t p̄teritū: t mediū sapiat naturam extremoꝝ. a p̄senti em̄ habet pmanentiā: a ꝑterito imutabilitatē: t a seipo antecessionē t ordinē: scilz eternitatis ad temp̄: t ideo cōueniētissime dixit erat. Uñ dicit Thomas in postilla sua q̄ verbū tēporis ꝑteriti impfecti maxime videť cōpetere ad significādum eterna: si attēdam̄ ad modū eorū: que tēporaliť sunt. Nam futurū nō ponit esse in actu: p̄sens aūt ponitur esse in actu: sed nō designat fuisse. p̄teritū autē perfectum designat aliq̄d extitisse: sed iam terminatū t desijsse. sed p̄teritū impfectū designat aliq̄d extitisse: sz nondū terminatū esse nec desijsse sz adhuc remanere. t ideo signāter Johānes v̄bi cunq̄ aliq̄d eternū ponit dicit erat. vbi aliq̄d tēporale dicit fuit. Sed q̄ztū ad rationē p̄sentis maxime cōuenit ad designādū eternitatem p̄s: quia signat aliq̄d esse in actu: quod semp conuenit eternis. vñ Exo. iij. dicit. Ego sum q̄ sum. t Aug. dicit q̄ ille solus v̄e est: cuius esse nō nouit ꝑteritū nec futurū. Est etiā p̄siderādū fm glo. q̄ hoc verbū erat nō sumiť hic fm q̄ significat temporales motꝰ more aliorū verboꝝ: sed fm q̄ significat rei existentiā: vnde t verbū substantiuū dicit. Sed potest hic aliq̄s q̄rere Cum verbū istō sit genitū a patre: quō possit esse ei coeternū: cum filius genitꝰ a patre sit posterior eo in humanis. Ad qđ dicēdū fm Tho. vbi supza: q̄ p̄ncipiuz originis inueniť esse prius duratiōe: eo q̄ ē ex p̄ncipio ꝓpter tria. Primo quidē ḋa p̄ncipiū originis alicuius rei ꝑcedit tēpore actionē p quā ꝓducit rem cuiꝰ est p̄ncipium. sicut nō statim quādo est homo incipit scribere: t ideo homo tēpore p̄cedit scripturā. Secūdo p̄pter hoc q̄ actio habet successionē: t ideo t simul incipiat cum agēte. tamē terminꝰ actiōis est post ipm agētem. sicut cum simul generatꝰ est ignis in istis inferioribus incipit sursum tendere: prius tamen est ignis q̄z sursum tendere. quia motus quo sursum tendit q̄daz tēpore mensurať. Tertio modo ex eo q̄ volūtate deť determinať initiū durationis ab eo qui est p̄ncipiū. sicut ex voluntate dei determinať initiū durationis creature. vnde prius fuit deus q̄z creatura. Nil aūt horū triū in generatiōe diuini verbi reperiť. Nō em̄ prius fuit deꝰ q̄z ipe ꝑpet generare verbū. Cū em̄ generatio verbi nihil aliud sit q̄z eius intellectualis cōceptio: sequeretur q̄ deus prius in potētia esset intellectꝰ q̄z in actu. qđ est impossibile. Silr nō potest esse q̄ ipa generatio v̄bi sit successiua. n ā sic p̄ꝰ esset diuinū verbū informe q̄z formatū. Sicut accidit in nobis qui p̄us cogitando formamus verba: qđ est falsum. Silr nō potest dici q̄ pater sua volūtate initiū durationis filio p̄stituerit: quia deus pater nō generat suum filiū voluntate. vt arriani dixerūt hereticiť. sed naturaliť. Deus em̄ pater cū naturaliť seipm intelligēdo concepit. t ideo nō aūt fuit deus pater q̄z filiꝰ. Sicut q̄z cito fuit ignis habuit lucem a qua ꝓcedit splēdor nō successiue sed subito: nō volūtate sed naturaliť: t ideo q̄z cito est ignis est splēdor ciꝰ Uñ si esset ignis eternꝰ esset splēdor coeternꝰ. ꝓpter qđ filius dicť splendor patris. ad Heb. j. Qui cū sit splendor gl̄ie. sed in hac silitudine deficit cōnaturalitas: et ideo noīam̄ eū filiū: cū tamē in filijs q̄ sunt apud nos deficit coeternitas. Oportet em̄ ex multis similitudinibꝫ sensibilium in diuinā cognitionē deuenire: quia vna nō sufficit. Noīamus ḡ dei filiū diuersis noīb ad

exp̃mẽdũ diuersimode pfectionẽ eius que vno noĩe exp̃mi nõ potest. Ut em̃ ostendat ꝓnaturalitas patri dicit̃ filius: vt oñdat oĩno silis dicit̃ imago: vt ostẽdat coeternꝰ ꝺr splendor: vt ostẽdat imaterialiẽ genitus t q̃d spũale dicit̃ verbũ.

Super illo verbo ·Ꝯ·ij·

In p̃ncipio: ꝺr Tho. vbi ꝯ. Sciẽdũ q̃ p̃ncipiũ multis modis ꝺr. Principiũ em̃ ipoꝛtat ordinẽ quẽdã ad alia t ideo in oĩbus in q̃bus inuenit̃ ordo inuenit̃ t ratio p̃ncipij. Inuenit̃ em̃ ordo t in q̃ntitatiꝝ. Et sic in numeris p̃ncipiũ est vnitas: t lõgitudinis p̃ncipiũ linea: t linee punctꝰ. Et in tpe inuenit̃ ordo: t sic p̃ncipiũ ꝺr tpis vl̃ durationis. In disciplinis q̃z est ordo t p̃ncipiũ duplex. quia vel ſm naturã vel q̃ ad nos: t hoc mõ in disciplina xp̃iana initiũ t p̃ncipiũ sapiẽtie nr̃e est xp̃s: inq̃tũ est sapiẽtia t verbũ dei. i. ſm dignitatẽ. Quo ad nos ꝺo est p̃ncipiũ ipe xp̃s: inq̃tũ verbũ caro factũ est id est ſm incarnationẽ. Inuenit̃ etiã ordo in p̃ductõe rei: t ſm hoc p̃ncipiũ ꝺr: vel ex pte generati. s. ipa p̃ma pars generati vl̃ facti: t sic fundamẽtũ ꝺr p̃ncipiũ domꝰ. Uel ex pte faciẽtis. t sic est triplex p̃ncipiũ. s. intẽtiõis: q̃d est finis q̃ mouet agentẽ. ratiõis q̃d est ipa forma in mẽte artificis. t executiõis: q̃d est in potentia opandi. Mis g̃ modis cũ dicat̃ p̃ncipiũ videndũ ẽ quõ b sumat̃ p̃ncipiũ cũ ꝺr Jn p̃ncipio. Ubi attendendũ q̃ tripliciter põt sumi. Uno mõ ſm q̃ supponit p̃ pſona filij q̃ ẽ p̃ncipiũ creaturarũ. t ſm q̃ est p̃ncipiũ vtuꝫ actiue: t per verbũ sapie: q̃ est rõ coꝝ. q̃ fiunt. vñ ꝺr. j. ad Ebor. j. Xp̃z dei virtutẽ t dei sapiam. Et dñs de se ꝺr Joh. viij. Ego p̃ncipiũ q̃ t loquor vobis. Sic g̃ intelligendo p̃ncipiũ exponendũ est q̃d ꝺr. Jn p̃ncipio erat verbũ. ac si di. Jn filio erat vbũ. vt sit sensus ipm vbum erat p̃ncipiũ: eo modo loquẽdi quo etiã dicit̃ vita esse in deo: q̃ vita nõ est aliud q̃z ipe deus. t sic exponit Orig. Et Ebr. ꝺr: vt ostẽdat euãgelista statim in p̃ncipio xp̃i dignitatez: ait. Jn p̃ncipio erat t̃. q. ſm extimationẽ oĩm bonorabilissimũ est p̃ncipiũ. Scõ põt accipi p̃ncipiũ p̃ vt supponit p̃ pſona patris: q̃ est p̃ncipiũ nõ solũ creaturarũ sed etiã filij. t sic accipit̃ p̃ncipiũ i ꝑs. cũ dicit̃. Tecũ p̃ncipiũ i die virtutis tue t̃. Sic accipit̃ cũ dicit̃. Jn p̃ncipio erat vbũ. ac si di. Jn pre erat filius. t sic exponit Orig. t Aug. Dicit̃ aũt filius esse in pre: quia est eiusdẽ essentie cũ pre. Cũ em̃ filius sit essentia sua: in q̃cũq̃z est essentia filij est filius: quia g̃ in pre est essentia filij p̃ pſubstãtialitatẽ: cõsequens est q̃ filius sit in pre. vñ t Johannis. xiij. Ego in pre t pr̃ in me est. Tertio mõ põt accipi p̃ncipiũ p̃ p̃ncipio durationis: vt sit sensus. Jn p̃ncipio erat vbũ. i. vbũ erat añ oĩa: vt exponit Aug. Et designat̃ p̃ hoc vbi eternitas ſm Basilium t Hyla. Per hoc em̃ oñdit̃ q̃ q̃dcũq̃z durationis p̃ncipiũ aliq̃s accepit: sive tpis rerꝫ coꝛporaliũ: sive seculi rerũ eternarꝫ: sive etatis totius mũdi: sive q̃dcũq̃z imaginarij p̃ncipiũ durationis. in illo p̃ncipio iam añ erat vbũ. Et hoc ẽ q̃d dicit̃ pverb. viij. Dñs possedit me initio viarum suarꝫ anteq̃z q̃cq̃z faceret a p̃ncipio. Q̃d aũt est añ p̃ncipiũ durationis est eternũ. t sic p̃ hanc expositioñ asserit̃ vbi causalitas p̃ secundã ad patrẽ ꝓsubstãtialitas: p̃ tertiã eternitas.

Quãtũ ad secundã ·Ꝯ·iij

clausulã: illud sciz Et vbũ erat apud deũ Tho. vbi supꝛ. Consideranda est significatio diuinorꝫ verborꝫ que nõ sunt posita in p̃ma clausula. t hec sũt duo. s. deũ t apud. Sciendũ igit̃ q̃tũ ad p̃mã dictionẽ. s. deũ: q̃ b nomẽ deus significat deitatẽ t suppositor t cõcretor: sed b nomen deitas signat deitatẽ abstracte t absolute: et ideo hoc nomẽ deitas ex naturali virtute t non ex modo significãdi potest supponere p̃ persona diuina: sed p̃ natura tm̃. Sed hoc nomẽ deus naturaliter t ex mõ significãdi oportet q̃ supponat p̃ quacũq̃z pſona. sicut hoc nomẽ homo supponit p̃ pſona humanitatis. Et quotiens cũq̃z veritas locutionis p̃dicati exigit: vt hoc nomẽ deus supponat p̃ pſona: tunc supponit p̃ pſona: vt cũ dicit̃ deus generat deũ. Et ita cũ hic dicit̃ apud deum. quia apud est p̃positio significãs distinctionẽ ipi vbi quod tamẽ nõ est distinguendũ a natura patris apud quẽ est: sed a pſona p̃ma tm̃ p̃ relationẽ origis. Et ideo oportet q̃ deus hic supponat p̃ pſona patris. Signat ergo euãgelista cum dicit: apud deum pſonã patris.

Circa secundũ. s. apud t̃. sciendũ q̃ hec p̃positio apud quandã cõiunctionẽ significat p̃ rectũ ad rem significatã: per obliquũ ipoꝛtat: sicut t hec alia p̃positio in sed differẽter. quia hec p̃positio in ipoꝛtat cõiunctionem intrinsecã: hec aũt p̃positio apud dicit cõiunctionem extrinsecã quodãmodo: t ideo verũq̃z in diuinis dicim̃. s. filium esse in patre t apud patrẽ. Et intrinsecum quidẽ in diuinis ad cõsubstãtialitatẽ ptinet: extrinsecum vero: vt sic liceat loqui in diuinis: cũ nõ p̃prie dicatur extrinsecum: nisi ad distinctionẽ pſonarũ refertur cum filius nõ distinguat̃ a patre nisi pſonaliter: t ideo p̃ verunq̃z istoꝝ t ꝓsubstãtialitas in natura t distinctio in pſonis designat̃. Cõsubstãtialitas q̃dẽ inq̃tũ ipoꝛtat cõiunctionẽ. distinctio vo pſonarũ inq̃tum distinctionẽ quandã signat. Et quia hec p̃positio in p̃ncipaliter cõsubstantialitatẽ designat inq̃tum ipoꝛtat cõiunctionem intrinsecam: t ex consequẽti distinctionem pſonarũ: inq̃tũ oñis p̃positio est trãsitiua. Nec vo p̃positio apud ꝓiunctionẽ quidẽ designat: sz distinctionẽ pſonarũ p̃nципaliter inq̃tũ cõiũctionẽ quodãmodo extrinsecã. Et ideo euãgelista specialius in hoc loco hac p̃positiõe apud vsus est: vt pſonalẽ distinctionem filij a patre insinuaret dicẽs. Et verbũ erat apud deum. i. filius apud patrem: vt alia pſona a patre apo patrem. Sciendũ aũt q̃ per hanc p̃positionẽ apud q̃tuoꝛ designant̃: per que quattuoꝛ obiectiões excludũ tur. Significat em̃ hec p̃positio apud subsistẽtiã in recto. Nõ em̃ p̃prie dicit̃ albedo est apud coꝛpus: cum albedo nõ sit subsistẽs sz homo: quia est aliq̃d subsistẽs: p̃prie dicit̃ apud hoiem. Secũdo significat auctoꝛitatem in obliquo. Nõ em̃ ꝺr esse dñs apud seruũ: vel rex apud militẽ suum: sed ecõtra dicit̃ seruus apud dñm. t miles apud regẽ. Tertio signat distinctionẽ. Nõ em̃ dicit̃ vnus homo esse apud scipm: sed apud alium hominem. Quarto signat cõiunctionẽ t societatẽ quãdam. Cum em̃ dico: talis est apud talẽ: quandã socialẽ coniunctionẽ insinuo. Scõm igit̃ has quattuoꝛ conditiones in hac p̃positiõe apud importatas cõuenienter euãgelista hanc clausulã Et verbũ erat apo deum: subiunxit p̃me clausule. s. Jn p̃ncipio erat vbũ. Scõm em̃ q̃ p̃ncipiũ sumit̃ p̃ eo q̃ est ante oĩa: vel etiã ſm q̃ sumitur p̃ patre insurgunt quattuoꝛ conditiones more ab hereticis: sed per quattuoꝛ conditiones huius p̃positiõis apud supꝛdictas excludi possunt. Earũ igit̃ obiectionũ p̃ima est talis. Tu dicis q̃ verbum erat in p̃ncipio. i. ante oĩa ſm illã expositionẽ supꝛadictam. Ubi ergo verbũ erat si ante omnia erat? Nec obiectio p̃cedit ſm imaginationẽ illoꝝ q̃ ponunt oĩa que sunt alicubi t in loco esse. Que q̃dẽ obiectõ excludit̃ a Jobe cũ dicit: apud deũ. vt ly apud designet cõiũctionẽ ſm vltimã eius cõditionẽ supꝛadictã: vt sit sensus ſm Basiliũ: quasi si quis quereret a Johanne: Ubi ergo erat verbũ si ante omnia? Respõdet q̃ apud deũ. quasi di-

nō in loco: cū incircūscriptibile sit: sed apō patrē q̄ neq; loco nec aliq̄ circūscriptiōe p̄tinet. Scōa questio ē talis. Tu dicis q̄ verbū erat in p̄ncipio. i. añ oīa: sed ea q̄ sunt añ oīa videnť nō ex aliq̄ p̄cedere: nō igit̄ hoc verbū est ab aliq̄ p̄cedēs. Sed hec obiectio excludit̄ cum dicit Job. Et verbū erat apud deū. vt ly apud accipit̄ fm secūdā acceptiōz fm quā importat auctoritatē: vt sit sensus fm Hyla. cū dicis. A quo est verbū si añ omnia est? Rñdit iobes. Est apud deū. q. d. lz careat initio duratōis nō tñ caret auctoritate originis. erat em̄ apō patrē vt apud auctorē. Tertia questio est ad aliā expositionē de p̄ncipio. put. s. signat patrē. z ē talis. Tu dicis. in p̄ncipio erat verbū. i. filius in patre. Sed q̄d est in aliquo nō videť esse subsistēs. sicut nec albedo quā dicim⁹ esse in corpe nō vtiq; subsistit: q̄ verbū nō est subsistens ypostasis. Sed hec obiectio tollit̄ in hoc q̄ dr Jobes. Et verbū erat apud deū. fm q̄ ly apud sumit̄ ex p̄mā acceptionē in qua signat subsistentiā in recto. Et sic exponit Chrys. Uerbū erat apō deū. nō vt accidēs: sed apud deū vt subsistēs z ypostasis. Quarta obiectō est. Tu dicis q̄ verbū est in patre: q̄a in p̄ncipio. sed q̄d est in aliquo nō est distinctū ab eo. Si ergo filius est in patre: ergo nō est distinct⁹ ab eo. Sed hec obiectio tollitur p hoc q̄d dicit. Uerbū erat apud deū. vt ly apud sumāt̄ put importat distinctionē quādā. vt sit sensus fm Alchuinū z Bedā. Uerbū ita erat in p̄ncipio. i. in patre p ꝓsubstātialitatē nature: q̄ tamē est apud deum patrē p distinctiōz psone. Et sic ex ista clausula habes cōiunctionē verbi ad patrē in natura fm Basiliū. distinctionē in psona fm Alchuinū z Bedā. subsistētiā verbi in natura diuina fm Chrys. auctoritatē origis patris ad verbū fm Hylariū.

Tertia clausula est ·ℌ·iiij·

Deus erat verbū. Hec fm ordinē doctrine cōgruētissime sequit̄ fm Tho. vbi sup̄. Quia em̄ Job. dixerat de verbo qñ erat: z in quo erat: restabat q̄rere q̄d erat. Ad q̄d rñdet Jobes dicēs. Deus erat verbū. i. verbū erat deus vt ly verbū ponat̄ ex p̄te suppositi: z de⁹ ex p̄te p̄dicati Sed cū q̄rendū sit de re p⁹ q̄d est q̄ vbi sit vel qñ sit: q̄re Johānes eo cōtra posuit posteri⁹ hoc. s. q̄d sit verbū Rñdet Origz. q̄ aliter dicit verbū dei esse apud deū: aliter apud hoīes. Nam apud hoīes est vt pficiēs eos: q̄a per verbū dei homo efficit̄ sapiēs z ꝓphetās. vñ Sap. vij. dicit̄ de sapiētia. Amicos dei z ꝓphetas cōstituit illustrans. s. lumine sapiētie. Apud deū nō ita dicit̄ esse verbū q̄si pater pficiat̄ z illustret̄ ab eo: sz sic verbū est apud deū: q̄ accipit verbū z obtinet a deo vt sit deus. Et q: verbū habet q̄ sit de⁹: p hoc q̄ est apud deū z in deo: ideo ncēarū fuit p̄mo ostēdere q̄ verbū erat in p̄re. z apud patrē q̄ verbū erat deus. Sciendū etiā q̄ p hanc clausulā: de⁹ erat verbū rñderi pōt duabꝫ q̄stionibus. q̄ ex p̄dictis insurgūt: quarū vna est ex noīe verbi z est talis. Tu dicis q̄ verbū erat in p̄ncipio z apud deū Sed cōstat q̄ verbū fm cōem vsum loquēdi signat vocem aliquā z enūciationē negocioꝝ z manifestationē Sed ista transeūt z nō subsistūt: quō g̃ credi potest de verbo q̄d Job. dr. Sed hec questio soluit̄ fm Aug⁹. super Joh. nā cū dicit In p̄ncipio erat verbū. satis ostendit: q̄d nō accipit verbū p locutiōe. q: cū locutio sit ī motu z transeat: non potest dici q̄ erat in p̄ncipio. Iterū cū subdit. Et verbū erat apud deū. idē satis dat intelligi. patet em̄ q̄ aliud est in esse aliud adesse. verbū em̄ nostrū cū nō subsistat nō adest sed ineſt. sed verbū dei cū sit subsistēs ideo adest. q̄ō signāter ostēdit euāgelista dicens. Et verbū erat apud deū. Sed vt obiectiōis causa totaliter auferat: nomē z esse verbi exp̄ssit dicēs. Et deus erat verbū. Alia questio est: q: p hoc q̄d dixerat verbū apud deū. Nam cum apud dicat distinctionē posset credi q̄ verbū ita esset apud deū patrē. s. ab eo in natura distincta. Et ideo ad hoc excludendū statim subdit. Et deus erat verbū. q. d. Uerbū nō est sepatū a natura diuina: sed verbū est deus ipse. Notādus est etiā iste mod⁹ loquendi cum dicit. verbū erat deus. Absolute em̄ ponit deū: vt oñdat nō eo modo esse verbū deū: quo creature dicunť deus in sacra scriptura: sed simplr z absolute dicit verbū deū. Cum em̄ de creatura aliqua dicitur q̄ sit de⁹? semp hoc manifestat̄ p aliquā additōez. sicut est illud Exo. Cōstituite deū pharaonis: ad designandū q̄ nō simplicit̄ est deus sicut verbū dei: sed q̄ sit dat⁹ de⁹ pharaoni ad puniēdū z liberādū filios isrl. Et illud Ps̄. Ego dixi dij estis. q. d. fm meā reputatōz nō fm rei veritatē. Aliud est em̄ dici deū: aliud esse deū. Uerbū ergo dei absolute dicit̄ de⁹: quia est ex essentiā suam deus: nō fm ꝑticipationē: vt homies z angeli.

Sciēdū etiā q̄ cū necessariū sit ponere verbū in oī natura intellectuali. de ratiōe intelligēdi em̄ est q̄ intellectus intelligēdo formet aliq̄d: z illa formatio dr verbum. Ideo sicut triplex est natura intellectualis: ita triplex est verbū. Est em̄ natura intellectualis hūana angelica z diuina: sic est verbū humanū. Ps̄. Dixit insipiens in corde suo tē. Uerbū angelicū Zach. j. dixit angelus qui loquebat̄ tē. Uerbum diuinū. Gen̄. j. Dixit deus fiat lux tē. Cum aūt euāgelista loquit̄ de verbo: cōstat q̄ nō intelligit de verbo humano vel angelico: q: vtrūq; est factū z nō p̄cedit dicentē. Homo autē et angelus habent p̄ncipiū suū z causam. Itē verbū humanū ē triplicit̄. s. mētale. Ps̄. Eructauit cor meū verbum bonū. put loquitur Dauid de sc. Uerbū vocale. Matth. viij. dixit centurio xp̄o. Tm̄ dic verbo z sanabitur puer me⁹. Uerbū manuale opis vel scpture. vnō Dauid interrogauit. Q̄d est verbū q̄ facū est? Precipue tñ fm o z scptura dei dr verbū p excellētiā quasi verbū boans. i. intonās. Aug⁹. Nō est minus verbū dei. s. q̄ predicat̄ q̄z co: p⁹ xp̄i. j. q. j. Interrogo. Hic etiā notandum q̄ Origz. turpiter errauit dicēs q̄ verbum nō esset deus p essentiā. z si sit verbū essentialr: sed est de⁹ p ptiципationē. Et solus pater est de⁹ p essentiā: z sic posuit filiū minorē patre. Sed cū aplus ad Ro. ix. dicat ex q̄ bus est xp̄us qui est sup̄ oīa deus. Et. j. Johis vl. de xp̄o dicit. Hic est verus deus z vita eterna. ideo quod fingit Origen. est falsum z hereticū. Cum igit̄ verbum dicat hic z sit deus: z pater sit deus: nō aūt sit nisi vna deitas: pater q̄ est ꝓsubstātialis p̄r z vn⁹ de⁹ cum eo.

Quarta clausula est ·ℌ·v·

Hoc erat in p̄ncipio apud deū. Hec introducit̄ ꝓter clausulā p̄cedentē. Ex hoc em̄ q̄ euangelista p̄miserat q̄ verbū erat de⁹: duplex falsus intellect⁹ elici poterat a nō recte sentientibꝫ. Un⁹ a gentilibꝫ z manicheis. Hē tiles em̄ ponūt deoꝝ multitudinē z deoꝝ diuersitatē Cōtra quos dñs dixit Exo. xx. Audi israel dñs deus tuus vnus est. Ponūt etiā cōtrariā volūtatē deorum sicut illi qui fabulant̄ Jouē cum saturno pugnasse. Et manichei qui duo p̄ncipia p̄ma cōtraria fingunt. Q: ergo euāgelista dixerat. Uerbū erat apud deū: et deus erat verbū. possent isti in fulcimētū sui erroris hoc inducere intelligētes alium deū esse siue cōtrariū: quod est contra legē euangelij. Et ideo ad hoc excludēdū dicit. Hoc erat in p̄ncipio apud deū. q. d. fm Hylarium Ita verbū est deus: quod tamē non habet diuisam di

uinitatē:sed est apō deū.i.in vna natura in qua est ipe
Jrē p hoc q̄ dixit:ꝟbū erat de⁹:ne intelligaꝫ hr̄e ꝫriā
volūtatē addidit.hoc ꝟbū erat in p̄ncipio apud deū.s.
patrē nō ab eo diuisum nō ꝫtrariū:sed hūs cū ipo vni
tatē nature:t cōcordiā volūtatis.q̄ quidē vnio fit p cō
iunctionē diuīe nature in tribꝰ p̄sonis:t p nexū amo/
ris p̄is t filij:q̄ nexus amoris ōr t est spūsc̄us.Est em̄
fm Hiero.spūsc̄us nō pater nec filiꝰ:sed amor patrꝭ
in filiū t filij in patrē.nō q̄dem amor accidētalis vt est
amor noster vel angeli t ꝟbū coꝛ:ꝭ subsistēs t p̄sona
tertia in trinitate t vnus deꝰ sicut t ꝟbū cū eo t patre
fm illud.j. Joh.v. Tres sunt q̄ testimoniū dāt in celo:
scz trinitatis:pater ꝟbū t spūsc̄us:t hi tres vnū sunt
scz in essentia. Sicut em̄ sol p̄ducit splēdoꝛē imediate
t ipe p splendoꝛē reuerberādo sup terrā caloꝛē:ita pa/
ter filiū t pater t filiꝰ spūm̄ sc̄m̄. Sed in isto euangelio
Johānes nil exp̄sse de spūsancto dicit.q̄a nō erat p̄o/
positū suū tractare nūc nisi de ꝟbo:sed infra multa ex/
p̄resse dicit de eo in ca.xiij.t.xvj. Arriani ꝟo filium
minoꝛē patre dicūt p̄pter illud q̄ xp̄s ait Joh.xiij.
Pater maior me est.cū tñ fm Aug.ibi loq̄rē xp̄us de
se fm hūanitatē:fm quā vriq; minoꝛ est patre q̄ crea/
tura:sed fm deitatē equalis est patri.Dicūt autē dicti
arriani filiū minoꝛē patre t ꝓtū ad eternitatē t ꝓtus
ad nature diuinitatē.sed hec excludunt p ea q̄ subdū/
tur.Dicūt em̄ p̄ria esse magni dei quē patrē vocāt hec
duo.s.eternitas t oīpotētia.t in quo ista duo inueniā
tur dicūt esse illū magnū deū. Sed euāgelista ostēdit
hec duo esse in ꝟbo:eternitatē q̄dē cū ōr.Hoc erat in p̄n/
cipio apud deū.i.ab eterno hoc ꝟbū nō a p̄ncipio crea
turarū:vt exponūt arriani.Oīpotētiā ꝟo in eo quod
subdit.Oīa p ipm̄ facta sunt.ergo ipm̄ ꝟbū est magnꝰ
deꝰ t nō minoꝛ p̄e. Si q̄s ꝟo recte ꝛsideret dictas q̄t
tuoꝛ clausulas euidenter inueniet destrui hereticoꝛ t
pboꝛ erroꝛes. Quidā em̄ heretici:vt Ebion t Cherin/
thus errātes dicebāt xp̄m nō fuisse añ ꝟginē mariā:sz
ab ea duratiōis sumpsisse initiū:eū purū hoīem dicen
tes:t postmodū dīnitatē habuisse p bona merita:quē
erroꝛē t Fotinꝰ t Paulꝰ samositanꝰ secuti sunt.Hoꝛ
erroꝛ excludit dū hic ōr a Joh. In p̄ncipio erat ꝟbū.i.
ab eterno in p̄e t añ oīa.nō q̄ sumpsit initiū ex ꝟgine.
Sabelliꝰ quidē fatebat xp̄m nō sumpsisse initiū a vir/
gine:sed fuisse ab eterno.dicebat tñ q̄ nō erat alia p̄so/
na p̄is q̄ fuit ab eterno t filiꝰ q̄ sumpsit carnē ex ꝟgine
sed eadē p̄sona patrꝭ t filij t spūsc̄i.t sic ponebat i tri
nitate ꝛfusionē.Cōtra quod ōr euāgeliū. Et ꝟbū erat
apud deū.i.filius apud patrē vt aliꝰ apud aliū.Euno/
mius posuit filiū oīno esse dissimilē patri.sz hoc exclu/
dit euāgelista dicēs.Et deꝰ erat ꝟbū.Si em̄ ꝟbū dici/
mus deū t patrē deū t filiꝰ est deꝰ:ergo filiꝰ est similis
p̄ri.Arrius dixit q̄ filius erat minoꝛ p̄e.sed hoc exclu
ditur cū ōr.hoc erat t̄.vt expositus est. Excludunt
etiā p hec falsē opiniones pboꝛ.Quidā em̄ pbi natura
les ponebāt mūdū nō ex aliq̄ intellectu nec per aliquā
rationē sed casu fuisse:t ideo non posuerūt in p̄ncipio
aliquē intellectū vel rationē causam rerū:sed solū ma
teriā fluitantē:vtpote athomos.sicut Democritus po
suit:t alia p̄ncipia materialia:sicut alij posuerūt.Con
tra hos igit est qđ ait Job. In p̄ncipio erat ꝟbū:a q̄.s.
res sumpserūt p̄nciū t non a casu. Plato aūt posuit
oīm rerum factaꝝ rationes subsistētes sc̄patas a ꝓpꝛijs
materijs:p q̄z p̄cipationē res materiales esset.puta
p rationē boīs sc̄patā quā dicebāt p se boīez:haberēt
boīes q̄ sunt boīes.Nō ḡ hāc rōnē p quā oīa facta sūt
intelligas sc̄patā a deo vt plato ponebat:addidit euā/
gelista.Et ꝟbū erat apō deū.nō ergo ydea sed ꝟbū. Alij
etiā platonici (vt Chryſ.refert) ponebāt deū p̄ez emi
nentissimū t p̄mū:sub q̄ ponebāt mētē quādā in qua
dicebāt esse silitudines t ydeas oīm rerū. Nō ḡ intelli
gas q̄ verbū erat apō patrē vt sub eo t minoꝛ eo.sub/
dit euāgelista. Et deꝰ erat ꝟbū. Aresto.nō posuit in
deo rōnes oīm rez:t q̄ idē intellectꝰ intelligēs t intel
lectū:ꝭ posuit mūdū deo coeternū.Cōtra hoc ōr euā/
gelista.hoc.s.ꝟbū solū erat in p̄ncipio apud deū:ita q̄
lyb nō excludit aliā p̄sonā sed aliā naturā sibi coeter/
nam.Notaꝝ ḡ in hoc coeternitas ꝟbi cū p̄e.

Omnia per ipsum ·ℌ·vj.

facta sunt.Post descriptionē maiestatis verbi:dic po/
nit eius ꝟtuositatē generalissimā.Augꝰ.sup Johānē.
Per quē factꝰ est angelus factꝰ est t ymiculꝰ.t p quez
factꝰ est homo factꝰ est lapis.t p quē factū est celū terā
est terra.qz oīa p ipm̄ facta sunt. Per istā clausulam
ostēdunt tria de ꝟbo dei. Et p̄mo fm Chryſ.ciꝰ equa/
litatē ad patrez. Sicut em̄ p hoc q̄ dixerat Johānes
Hoc erat in p̄ncipio apud deū:excluserat erroꝛē Arrij
ostendēs coeternitatē filij quā t iste negabat.sic hic ex
cludit aliū erroꝛē arrij ostendēs oīpotētiā filij:quaꝫ
t ille negabat.t ideo dicit. Omnia per ipm̄ facta sunt.
Esse em̄ p̄ncipiū omniū factoꝝ est ꝓprium dei magni
oīpotētis:fm illud Ps. Oīa q̄cūq; voluit domi/
nus fecit t̄. Verbū igit p quod oīa facta sunt est ma/
gnꝰ deꝰ t equalis patri. Secūdo oñdit coeternitas
filij ad patrē fm Hyla.qz em̄ p hoc qđ dixerat:in p̄n/
cipio erat ꝟbū:possz aliq̄s dicere cum fuisse in p̄ncipio
creaturarū:t fuisse tamen aliq̄d tēpus ante creaturas
in quo verbū nō erat:ideo hoc excludēs Joh.ait. Oīa
p ipm̄ facta sunt.si oīa:ergo t ipsz tēpus. Ex quo sic
argumētaꝝ Si omne tempꝰ ab ipo factū est:ergo nul/
lum tēpus fuit ante ipm̄:nec ipe in aliquo tēpore fuit:
siue in aliquo seculo esse cepit:quia tēpus incepit cum
creatura fuit.ergo coeternū patri ab eterno. Tertio
innuit cōsubstātialitas verbi ad patrē:fm Augꝰ.sup
Joh. Si em̄ oīa p ipm̄ facta sunt:nō potest dici q̄ ip
sum ꝟbū sit factū. Quō em̄ (ōr Augꝰ) pōt fieri vt ꝟbū
dei factū sit:cū deus p verbū fecit oīa. Si et verbū ip/
sum factū est:p quod aliud verbū est. Si dicis q̄ hoc
verbū dei p quod factū est idipm̄:dico ego vnigenitus
filiū dei concedo nō factū verbū p quod facta sunt oīa
Item Augꝰ.de trinitate. Si factū nō est creatura nō
est:si aūt creatura nō est:ergo ciusdē substē cū p̄e ē. Qis
em̄ subā q̄ deꝰ nō ē creatura est:t q̄ creatura nō est deꝰ
est. Idē circa ista ꝟba cauēdi sunt tres erroꝛes aliq̄/
rū circa hoc. Oīa per ipm̄ facta sunt. Primꝰ erroꝛ est
q̄ ꝟbū dederat causam creatori q̄ mūdꝰ crearet. Se/
cūdus est q̄ spūsc̄us sit factꝰ p ꝟbū vt creatura. Ter/
tius est q̄ pater operat sit mūdū creādo p ꝟbū vt istru/
mentū suū seu ministrū inferiorē eo. Inchoando a se/
cūdo erroꝛe q̄ fuit Origꝫ.dicebat ipe Origꝫ.cum oīa
simpliciter dicat.t qui oīa dicit nihil excludit.seqr̄
q̄ spūsc̄tus qui est aliq̄d sit factus p verbū. Sz si ista
esset sufficiens ratio:sequeret q̄ etiā pater cū sit aliq̄d
esset factū p ꝟbū:quo nihil absurdi⁹ dici potest. Si ei
spūsc̄tus esset factus:seqr̄et q̄ esset creatura t minoꝛ
patre t filio t non deus:cum dicat Joh.xiij. Spūs est
deꝰ t ciusdē substē cū patre t filio t dignitatis. j. Joh.v
Pater t filiꝰ t spūsc̄tus hi tres vnū sunt. Heresicum
est ḡ qđ ait Origꝫ.qz spūsc̄tus nō factꝰ nec creatꝰ p ꝟ
bū.vñ cū euāgelista dicit. Oīa p ipm̄ facta sunt.ly oīa
nō ponit simplr t absolute:sz est distributio accōmo/
data includēs oīa que sūt in genere factoꝝ.i.creatura
rum.t exponit oīa coꝛ.s.q̄ facta sunt p ipsz ꝟbū facta

sunt. Ois tribulatio ⁊ afflictio hoīs inq̄ztū est in penā a ẏbo facta ⁊ inflicta est: qz inq̄ztū hmōi iusta ē: de⁹ au tē auctor est ois rei iuste. vñ Amos .ppha. Nō est malū in ciuitate. s. pene: q̄d de⁹ nō fecerit. inq̄ztum aūt pena ⁊ afflictio iniuste inferr̄. i. a creatura ex malicia ei⁹. De us etsi sit causa actiōis inq̄ztū actio sicut ⁊ oīs mo⁊ tus: nō tñ est causa defect⁹ rōnis in illo q̄ male agit. vñ Aug⁹. Nō te psequit creatura quā fecit de⁹. s. homo vl̄ aīa eius: sed malicia quā fecit homo. ⁊ ideo oīa patien ter ferēda aduersa. q̄a nūq̄z hoc accidit nisi iusto dei iu dicio ⁊si nobis occlto. Et nota (ait Lbrȳ.) q̄ oīa que moyses p multa capl'a enumerat dicēs. Dixit de⁹ fiat lux ⁊ firmamētū ⁊c. hec oīa vno ẏbo excedens exp̄mit dicēs. Oīa p ip̄m facta sunt. Cui⁹ ratio ē. quia moyses intēdebat tradere emanationē creaturaꝝ a deo: ⁊ ideo eas enumerat. Johes ẏo ad altiorē materiā in hoc li⁊ bro intēdit nos inducē: vicz in cognitōz creatoꝛ ⁊ carū

Notādū .p. ꝓfutatiōe p̄mi ⁊ tertij erroꝛis p̄dictoꝛuꝫ q̄ hec p̄positio p ipoꝛtat causalitatē ⁊ opatiōz in obliq̄ aliq̄ mō: sed diūsimode. Cū em̄ opatio sit media iter opantē ⁊ rem opatā: opatio ipa p̄t dupl'r cōsiderari. Uno mō ſm q̄ erit ab opante: alio mō ſm q̄ determi nat ad opatū. Quāq̄z igit hec p̄positō p significat causā opatōis ſm q̄ exit ab opante: q̄nq̄z ſm q̄ terminatur ad opatū. Causā q̄dē opatōis ſm q̄ exit ab opante si⊼ gnificat: qñ id q̄d significat p obliquū fit causa opan⊼ ti q̄ opat vel efficiēs vel formalis. Formalis sicut cum ignis oꝛ calefacē p caloꝛē. caloꝛ ē cā formalis ignis: q̄a ignis calefacit caloꝛe. Causa aūt mouēs vel efficiens ē ut cū oꝛ q̄ baliu⁹ opat p regē: rex est cā baliuo q̄ opet. Causalitatē ẏo opatiōis ſm q̄ terminat ad opatum significat hec p̄positio p. sicut cū dicim⁹ q̄ carpētari⁹ facit scamnū p securim: securis nō est cā carpētario q̄ opet: sed pot⁹ est causa q̄ scamnū fiat ab opāte. Mō ad .ppositū cū oꝛ. Oīa p ip̄m facta sūt. Si ly p denotat causam mouētē seu efficiētē patrē ad opandū: tūc pa⊼ ter nihil opat p filiū: sed p seip̄m opat omnia. Falsum g̃ sensit Ualētin⁹ hereticꝰ oīa facta per ẏbū: q̄a verbuz fuisset causa cōditoꝛi q̄ mūdū faceret. Falsum est etiaz q̄ dō aliꝰ dixerūt exponēteꝛ illud. Oīa p ip̄m facta sunt. q̄a. s. verbū fuit causa creatoꝛi p̄stans ei ad mūdū facie dū materiā. q̄ si esset: dixisset oīa a ẏbo facta sunt per creatoꝛē. sed nō sic: imo oīa p ip̄m facta sunt. Sz si hec p̄positio p dicit causam formalē sic oīa p ẏbū facta sūt q̄a. s. oīa facta sunt p sapiam suā. s. dei: sicut p essentiaz Quia em̄ sapia ⁊ virt⁹ patris attribuit filio: iuxta illd .ad Lbor. .j. Xp̄m dei ẏtutē ⁊ dei sapiam. ideo p istuz modū app⁊opatiōis dicim⁹ oīa patrē opari p filiū: q̄a p sapientiā suā. Si ẏo p̄positio p denotat causalitatē ex pte opati: tūc hoc q̄ dicim⁹ patrē oīa facere p filiuz nō est app⁊opriatū sed .ppriū verbo. q̄a hoc q̄ ẏbū sit cā creaturaꝝ habet ab alio. a p̄e a quo habet vt sit. Nec tñ p hoc seq̄t q̄ sit ẏbū instrumētū patris: lz omne q̄ dō est ab alio motū ad opandū aliq̄d rationē vtiūsaliter habeat q̄si instrumēti. q̄a istud habet veritatē q̄n illud q̄d significat p ipam causalitatē non est causa opanti q̄ opet: ſz est cā opatiōis ſm q̄ termiāt ad opatū. Cū em̄ dicit aliq̄d opari p virtutē ab alio acceptā: hoc p̄t esse dupl'r. Uno mō ita q̄ sit vno ⁊ eodē numero ẏtus dantis ⁊ accipiētis. Et hoc mō q̄ opat p ẏtutē acceptā ab alio: eadē nō est minoꝛ sed eqlis ei a quo accepit: q̄a g̃ pater eādē ẏtutē quā habet dat filio p quā filiꝰ opat cū oꝛ pater opari p filiū: ꝓter hoc filiꝰ nō est dicēdꝰ mi noꝛ p̄e nec instrumētū ei⁹: vt dixerūt aliq̄ hereticī. q̄a hoc seq̄t in illis q̄ nō eandē ẏtutē recipiūt ab alio: sed aliā ⁊ causatā. Et hic est aliꝰ modꝰ: quo accipiēs virtu tem ab alio est minoꝛ eo a q̄ accipit. sicut baliuus opa⊼ ri oꝛ p regē. s. ex ẏtute sibi data a rege: q̄ est minoꝛ ẏtu⊼ te regis: ⁊ sic minoꝛ baliuꝰ rege. Concludendo dicta ly p: pōt notare causā formalē efficiētē: ⁊ etiā lz ip⁊opē fi nalē. ⁊ sic diūsimode exponit. Scōm causā formalem sic: p ip̄m facta sunt. i. p sapiētiā suā. q̄ filio attribuitur Quicūq̄z em̄ aliq̄d facit optet q̄ illud p̄cōcipiat in sua sapia: alioq̄n nunq̄z aliq̄s faceret nisi p̄existat actualis cōceptio siue sapiētie q̄ sit forma ⁊ ratio rei facte. sic forma arche in mente artificis p̄cōcepta est ratio arche faciende. Si ergo deus nihil opat nisi per cōceptum sui intellect⁹: q̄ est sapiētia ab eterno cōcepta. s. dei ver⊼ bum ⁊ dei filiꝰ: ideo ipossibile est q̄ aliq̄d fiat nisi per verbū. vñ Aug⁹. dicit. Uerbū dei est ars plena oīm ra⊼ tionū viuentiū. Scōm causam efficientē ẏo omnia p ip̄m facta sunt. s. per virtutē actiuā equalē patri ⁊ can dem quā accepit a patre: ⁊ nō vt per instrumētū ⁊ ẏtu tem inferioꝛē. Scōm causam finalē licet impꝛopꝛie fa cta sunt oīa per verbū. quia ad hunc fīnē ad manife⊼ standū sapientiā ⁊ pulchꝛitudinē dei. ſm illd̄ .p⁊ouer⊼ biorū. xvj. Omnia ꝓpter semetip̄m. s. manifestandum opatus est deus.

Et sine ipso factū .Ḣ.vij.

est nihil. Quod p̄t exponi vt sit magis exp̄ssiuū eius q̄ dixit. Oīa p ip̄m facta sunt. q. d. ita vniuersaliter oīa vt ex creatis nullū sit quod p ip̄m nō sit factū. Po test ⁊ aliē exponi ⁊ triplicit. Uno mō vt notet causa in nobis esse ab eo ⁊ ẏtus nr̄e opatiōis. vt sicut ab eo ha bem⁹ esse: q̄a oīa ⁊c. ita ⁊ opandi ẏtutē: q̄z sine eo id est nisi eo mouēte factū oīe est nihil. i. nulli⁹ virtutis operādi aliquid. ſm illud Jobis. xv. Sine me (ait) ni hil potestis facere. Alio modo vt signet in nobis ab eo esse causa ⁊ influxus nostre sustētatiōis. ⁊ sic sine eo. s. ꝓtinue influēte ⁊ sustentāte factuz omne est nihil. i. ad nihilū deueniret. Sicut em̄ creatura est ex nihilo: ita ex se habet vt tendat in nihilum. vñ Grego. in mozal'. Oīa in nihilū redigerent nisi ea man⁹ oīpotētis. i. vir⊼ tus dei sustētaret. Tertio mō vt insinuet a nobis solū nō ab eo esse causam nr̄e inānatiōis. ⁊ sic exponit sine ip̄o. i. eo nō agēte. Factū est. i. opatū a creatura nihil. i. peccatū. sic exponit Aug⁹. sup Job. Dicit .aūt peccatū nihil: q̄ nō est aliq̄ natura sed defect⁹ rōnis. sicut tene bra ip⁊opat p̄uationē lucis nō naturā. Et nihil fiūt ho mines cū faciūt pctm̄. i. merent ex eo anihilari: ⁊ nihil sunt in esse spūali. Q⁊ g̃ q̄s pctm̄ faciat ex se est nō a deo iuxta illud Osee. Perditio tua ex te isr'l. Ubi etiaz no⊼ tandū ſm Tho. vbi supza q̄ quidā exposuerunt istud nihil affirmatiue. q. d. euāgelista. Ita oīa dixi facta p verbū: q̄ peū nō est factū nihil: tanq̄z nihil aliq̄d exīs ip⁊ortet. Ex qua falsa acceptiōe insurrexit triplex erroꝛ .Prim⁹ est Ualētini q̄ dicebat quedā p̄ncipia p̄cessisse verbū istud: ⁊ triginta ex eis secula. ⁊ ista p̄ncipia ⁊ se⊼ cula que fuisse ante ẏbuz dicit ⁊ appellat nihil ex eo q̄ sint sup rōnē nr̄az: ⁊ nō possint ab intellectu nostro cō prehendi. Iste Ualentin⁹ (vt dicit Aug⁹. de trini.) po nebat multa p̄ncipia ⁊ ex illis .xxx. secula. .Primo po⊼ nit duo p̄ncipia que noīat p fundū ⁊ silentiū. .Pro fun dum dicēs patrē. ex his duob⁹ dicit .p̄cessisse decem se⊼ cula. Jtē ex .pfundo ⁊ silentio dicit .p̄cessisse duo alia p̄ncipia. s. intellectū ⁊ veritatē: ex quib⁹ .p̄cesserūt octo secula. ex intellectu ⁊ veritate dicit esse duo alia p̄nci⊼ pia. s. vitā ⁊ verbū. ex quib⁹ .p̄cesserūt duodecim alia se cula. ⁊ sic sunt .xxx. secula. Ex verbo aūt ⁊ vita dicit: q̄ .p̄cessit homo xp̄us ⁊ ecc'lia. Et sic Ualētinus ponebat ista ante verbū. Et .ꝓterea dicit talia sine eo facta: id

est ante eū. sed facta sunt ista t hereticā. Secūd⁹ error circa hoc fuit manicheoꝝ ponentiū duo p̄ncipia. vnū incorruptibiliū: aliud corruptibiliū. Dicit ergo iste hereticus q cū Jobes dicat de ūbo q oīa p ipm facta sunt nō ꝙs intelligeret nō solū incorruptibilia sed etiā corruptibilia facta per ūbū: cū corruptibilia fm cuꝫ sint a cōtrario p̄ncipio. i. diabolo: ideo subdit euāgelista. Sine ipo factū est nihil. i. corruptibilia. q. d. Omne qd cōuertit in nihil factū est sine eo. Tertius error fuit corum qui dixerūt q p nihil intelligit diabol⁹. fm illud Job xviij. Habitet in tabernaculo qui non est: id est diabolus. Et exponūt: ita oīa facta sunt p verbū qd nō est factū p eū nihil. i. diabol⁹. Oēs iste hereses sūt exorte ex hoc q intelligūt affirmatiue: quod negatiue intelligit: vt supꝰ expositū est. Et vt dicit Chrys. q̄uis Job. dixerit oīa ꝛc. nō superflue addit: sine ipo factuꝫ est nihil. Qr em̄ moyses enumerādo creaturas ab initio factas ponit tm̄ visibilia: ne ꝙs crederet cū Job. dicit oīa: intelligeret de visibilib⁹ tm̄. ideo addit. sine ipo factū est nihil. ad ostendēdum q nihil est creatū siue visibile siue inuisibile: qđ nō sit p verbū factū. Uel etiā fm Chrys. sic nō solū facta p xpm. de q̄bus narrāt euāgeliste sunt facta p verbū: sed t oīa alia q̄ sunt. Et sic ista clausula sine ipo ꝛc. ponit q̄si cōpletiua p̄me p̄ticule: oīa ꝛc. ad ostendēdā totā causalitatē in eo t oīpotentiā. Uel fm Hylariū: nō ostendit ex hoc patrē nō excludi ab operatione omniū. vnde sine eo. s. coopante. i. nō a patre: sed etiā a filio cū patre nō est aliqd qd nō sit factū. fm illō Prouerbioꝝ. Cum eo erā cuncta componēs: eo. s. patre ego sapientia.

Quod factū est in ℣. viij.

ipo vita erat. Hic notat verbi summa sapientia t bonitas. qr quicqd est factū habet rōnē in sapia sua q ipe est sicut rō artificiati p̄ est in sapientia artificis. Et cū multa bona reperiant in istis inferioribus pulchra: suauia: lucida: pciosa: scientifica: que trahūt hoīem ad sui amorē t oīa ista sunt in ūbo diuino sicut effect⁹ in causa sua: t p̄fect⁹ in eo sint q̄ in ceteris. ex hoc i mensa bonitas t sapientia ei⁹ debēt rapere affectū nr̄m ad ipm. vñ t cōmentator dicit: q p̄fectiones oīum rerū sunt in deo: sed sine mixtura defect⁹ q̄ est in creaturis. Unde t Moysi dictū fuit Exo. Ueni ad me t ostendā tibi oē bonū. s. me ipm. Et qr in deficientia sunt bona in eo ideo dicit i ipo vita erat. Exponit aūt hoc. Qđ factū est ꝛc. t pūcrat multiplr. Et Origen. in omel. exponit sic. Qđ factū est in ipo. i. p ipm. sic em aliqñ in p̄p ponit in scriptura. vt illud ad Col. j. In ipo p̄dita sunt ꝛc. i. p ipm. Hoc vita erat: nō in ceteris sed in causa sua. In oībus em̄ creatis hoc est q effect⁹ siue p naturā siue p intellectū p̄ducti sunt i causis suis: nō fm p̄prium esse sed fm virtutē p̄pie cause. sicut effect⁹ inferiores sunt in sole vt in causa: nō fm suū esse: sed fm virtutē solis. Quia g̃ de⁹ est cā effectiua oīm p̄ductoꝝ. qr est vita qđā t ars plena oīm rōnū viuentiū: ideo oē qđ factū est i ipo. i. p ipm: vita erat in sua causa. s. ipo deo. Aug⁹. aūt sic legit punctādo. Quod factū est distingue in ipo ūbo vita erat. Res em̄ dupl'r pūt p̄sideran. Uno mō fm q sunt in semetipis. Alio mō fm q sunt in ūbo. Si aūt considerenꝫ fm q sunt in semetipis. sic nō oēs res sunt vita nec viuētes: sed aliq̄ sūt viuentes aliq̄ carēt vita. Nā terra t metalla t hmōi facta sunt q̄ nec sunt vita nec viuunt. Facta sunt t animalia t boues: q̄ etsi viuūt non tm̄ sunt vita: sed fm q sunt in semetipis viuūt solū. Manichē⁹ aūt male intellexit exponēs t punctās sic. Qđ factū est in ipso id est p ipm ūbū erat vita. i. viuēs: dicēs oīa brevitam lapidē t lignū: t alia etiā in seipis p̄siderata. qđ falsuꝫ esse experiētia docet. Si ūbo res p̄siderenꝫ fm q sūt in ūbo sic qđcūqꝫ factū in ipo ūbo nō solū est viuū sed et vita. Nā t rōnes in sapientia dei existēres spūal'r q̄bus res facte sunt: ab ipo verbo sunt t vita. sicut archa quidē facta p artificē in se non viuit nec est vita. Ratio ūbo artis q̄ p̄cessit in mēte artificis viuit quodāmō in q̄ntū habet esse intelligibile in mente artificis. nō tn̄ est vita qr ipe intellect⁹ artificis nō est sua essentia nec suū esse In deo aūt suū intelligere est sua essentia t sua vita: et ideo q̄d est in deo est sua essentia. Un̄ creatura i deo est creatrix essentia. Si ergo p̄siderenꝫ res fm q sunt in verbo sic sunt vita. Origenes aūt aliter legit sic punctando. Qđ factū est in ipo (t postea) vita erat. Ubi notandū fm Tho. vbi s. q de filio dei ꝛ aliqd tripliciter Uno mō ꝙ sc. t sic ꝛ filius dei. dc. oīpotēs t hmōi. Alio qđ ūbo ꝛ de eo p cōpatiōez ad nos: sicut saluator et redemptor. Tertio mō ꝛ aliqd de eo vtroqꝫ mō. s. fm se t q̄ ad nos. In oībus aūt q̄ absolute dicunt de filio dei fm se. nō dicit q sit factus: sicut nō ꝛ filius dei factus deus nec factus oīpotēs: sed in his q̄ dicunt in cōparatiōe ad nos vel etiā vtroqꝫ mō: pōt addi adiunctio facti: vt dicat factus. sic. j. ad Chor. i. ꝛ apls de xpo q factus est nobis a deo sapientia t iustitia ꝛc. Et ꝙ in se semp fuerit iustitia t sapientia: tn̄ de nouo pōt dici q factus est iustitia t sapia nobis. Et sic fm Orig. ꝙ dei filius sit fm se vita: tamē fact⁹ est nobis vita in q̄ntū nos viuificauit: fm illud ad Ro. v. In xpo oēs viuificabūt Et ideo dicit q verbū quod factū est nobis: in ipo vita erat. Ut q̄ꝫ nobis ficret vita. vñ t subdit. Et vita ꝛc. Hylari⁹ aliter punctat t exponit subtiliter. Cōiungit em̄ illud quod factū est in ipo: cū i p̄cedēti clausula. s. sine eo factū est nihil. t dicit sine eo. s. ūbo opante cū patre nihil est factū. qđ factū est in ipo. i. p ipm deum: t quasi rationē assignās subdit. vita erat. s. ipsum verbum. Cum ergo filius ab eterno fuerit vita p̄fecta quā habuit a patre: fm illō Johis. v. Sicut pater habet vitā in semetipo: ita dedit t filio vitā habere: ideo sine eo factū est nihil. Chrys. aliū modū exponendi ponit t pūcrat sic cū p̄cedēti clausula cōiungēs. Sine ipo verbo factū est nihil quod factū est. Per qđ excludit spm̄ sanctū: qui nō est factus a verbo sz p̄cedēs. Et postea dicit. In ipo vita erat. qđ p̄pter duo introducit vt. s. post p̄ductionē omniū rerū ostendat indeficientia influentie t causalitatis: non solū ad res p̄ductas: sed etiā p̄ducēdas. q. d. In ipo vita erat qua non solū oīa p̄ducere potuit: sed etiā q̄ habet indeficienter de fluxū t causalitatē absqꝫ mutatōis dispēdio ad res cōtinuc p̄ducēdas. vtpote fons viu⁹ qui ex cōtinuo fluxu nō minoratur. Ps. Apud te est fons vite. Itē vt ostēdatur gubernatio rerū esse p verbū: quia em̄ in ipo est vita ostēdit q nō p̄ducit res p̄ necessitatez nature: sz p voluntatē t intellectū ex quo res p̄ductas gubernat. Et qr Chrys. apud grecos est tā cauctis i expositiōib⁹ scripturarum: q vbi ipe exponit nullā expositionē admittant nisi suam. Hinc est q in omnib⁹ libris grecis nō inuenit aliter punctatum nisi sicut ipe punctat.

Eleganti⁹ oīb⁹ exponit Aug⁹. dicens q cum dicitur. Quod factum est in ipo vita erat. qr. s. in ipo habebat exemplar t rationē viuētē oīum factoꝝ. Que ratio dicit viuens: qr spūalis nō materialis: quia intrās/mutabil' nō variabilis: qr eterna nō tēporalis. t hec ratio vite. Uita em̄ est actus spūalis continu⁹ ab ente quieto t sempiterno fluens.

Et vita erat lux hoīm. ℣. ix.

Hic potest notari de verbo dei eius ad homines effectuosissimā charitatē. Tantū em̄ bonū habet vnaquęq; creatura quantū deus eam amat. Amor em̄ dei dat esse t omne bonū creaturis: t cui plura dat: magis ostendit illam diligere. ¶ Cū igitur creaturis quibus dederit esse: vt elementis t celis t planetis: alijs esse t viuere vt plantis: quod maior est: alijs esse viuere t sentire: vt brutis: homini aūt dedit t cum angelis t deo intelligere. Et per hoc dicit esse ad imaginē dei Gen. j. Et ista intelligentia notat: cuz dicit. Et vita erat lux hominuz: id est ipm verbū qui est vita: est lux hominū: pbens sz eis lucem rationis qua possint deū cognoscere: qđ alie creature irrationales non habent. Et q̄uis etiam sit lux angeloz: quia deum per lumen intellectus cognoscunt. Dicit tamen Johānes lux hominū: quia ratio i portat in nomine hominis cū sit animal rationale: et per rationē dicit lux: t per rationē naturalē inuestigādo phylosophi cognouerūt deū t pbauerūt. Roma. j. Qđ notū est dei: manifestū est in illis ꝛc. t sic ostendit intēsa eius ad nos dilectio cū plus alijs dederit. Ubi notandū fm Augz. t plures alios. Nomen lucis pprie magis dicitur spiritualibz q̄ insensibilibus. Ambrosius tamē vult q̄ splendor methaphorice dicat de deo. Sed in hoc fm Tho. non est facienda magna vis Nam de quocūq; nomen lucis dicat: ad manifestationē refert: siue ista manifestatio sit in intelligibilibus siue sensibilibz. Si ergo comparet manifestatio intelligibilibz t sensibilibus: nomen lucis per prius fm naturam inuenit in intelligibilibz q̄ visibilibus: sed si attē damus ad nominis impositionem est ecōuerso. Ad euidentiā autē huius qđ h dicit. Uita erat lux hominū Sciendū: q̄ multiplex est gradus vite. Nam quedam viuūt sed absq; luce: quia nullā cognitiōis manifestationē habēt: sicut plante: vñ vita eoz non est lux. Quedā viuūt t cognoscūt: sed tamen cū eoz cognitio sit sensibilis tm̄: non est nisi particularium t immaterialiū: sicut est in brutis: t ista vitam habent t lucē: non autez lucem habent hominū. Quedā autē t viuūt t cognoscunt: nō solū ipa vera: sed t veritatz rationē: sicut sūt creature rationales: quibz nō solū manifestat hoc vel illud: sed t ipsa veritas q̄manifestabilis est: t manifestiua omniū rerum. Et ideo euangelista de verbo loquens ipm esse vitaz: sed etiā cognitionē asserit. Et ne suspiceris cognitionē qualis est in brutis: addit hominū. Et q̄uis etiā sit lux angeloz: quia Johānes intēdebat tradere nobis noticiā de verbo fm qđ est ordinatum ad salutē hominū. Ideo dixit: lux hominū: id est totius rationalis creature. Importat etiā pfectio et dignitas huius vite: quia sz est intellectualis vel rationalis. Illa dicunt viuere que se aliquo modo mouēt Mouere autē seipm est ppie in creaturis inferioribz t solius hominis. Illa dicunt pfectā vitā habere que seipa pfecte mouēt. Homo igit cū sit dñs suoz actuū libere seipm mouet ad que vult: nō aūt bruta. Uita ergo verbi que est lux rationalis creature est perfecta. Et dicit lux hominū verbū dupliciter. Uno modo p modū obiecti: quasi solis hominibz cōspicabilis: q; ipam sola creatura rationalis ꝓspicere potest: quoniā ipa sola est capax diuine visiōis. Alio modo dicit lux hominū vt lux principata. Uerbū em̄ dei t ipam lucē nunq; possemus ꝓspicere nisi per eius participationē que est in homine: sz pars superior animaz id est lux intellectiua. Et p̄dictis accipe breuē epilogū de natiuitate ꝟbi eterna. Nā primo ponit maiestatis eius sublimitas. Uñ ipm verbū est spūale: quia in principio: id est in patre qui dicit ꝓncipiū: quoniā nō solum creaturaz: sed t ipius verbi est principiū t spūssanctus. Erat verbū: id est filius: nō materialiter genitus vt in humanis: sz spūaliter vt verbū generat in mente: qđ tamē verbum diuinū differt a nostro verbo mentali in tribus: vt sz pater in prima clausula. Secūdo ostendit verbū de patre natū esse subsistens t in psona a patre distinctū: qa verbū ipm erat apud deuz. Nō aūt accidens dicit esse apud subiectū: sed quid subsistēs apud aliud: nec vna psona dicit apud seipam esse: sed apud aliaz distinctaz ab ea. Tertio ostendit verbū illud nō humanū nec angelicū verbū sed diuinū: q; deus erat verbū: vnde cuz nō sit nisi vnus deus essentialiter: t pater sit deus: t verbū filius deus: sequit q̄ vna sit substātia t essentia cū patre. Quarto q̄ ꝟbū illud est eternū. quia hoc erat in principio apud deum: a principio: id est ante omnia secula t tpa. Ps. In eternū dñe permanet ꝟbuz tuū. Secūdo notat ipius ꝟbi ꝟtuositas in operādo: q; omnia p ipm facta sūt. s. in genere eoz que facta sūt: id est creata. Uñ nō spūssanctus sicut nec pater. Et ipa omnia cōseruat t gubernat: qa sine ipo. s. influente t gubernante qđ factū est nihil: sz est. Tertio signat ei⁹ sapientia infinita t bonitas: cum rationes omniū factoz t bonitas sunt in eo: qa qđ factū est in ipa vt in sapiētia t causa: vita erat: id est viua t pfectissima. Quarto ꝟbi ipius ad nos maxima charitas in hoc q̄ hominibus dedit non solū vitam: sed t lucem rationis per quam cognoscere potes deū.

De secūda natiuita- ·H·x. te verbi seu xpi p quā verbū habitauit in nobis: antus sz p lucem gre ꝓsequēdo dicit Joh. Lux in tenebrz lucet: t tenebre eā nō cōphēderūt ꝛc. De q̄ natiuitate spirituali in mente dicit Malach. iij. Timentibz nomen dñi orietur sol iusticie qui sz est xps. Et q̄ fecerit voluntatem patris mei (ait xps) mater mea est: p cipiendo mentē p fidez viuam: fm illud Apli. Habitare xpm p fidē in cordibz vestris: t pariendo per opera meritoria.

